

Det här verket har digitaliserats vid Göteborgs universitetsbibliotek.
Alla tryckta texter är OCR-tolkade till maskinläsbar text. Det betyder att du kan söka och kopiera texten från dokumentet. Vissa äldre dokument med dåligt tryck kan vara svåra att OCR-tolka korrekt vilket medför att den OCR-tolkade texten kan innehålla fel och därför bör man visuellt jämföra med verkets bilder för att avgöra vad som är riktigt.

This work has been digitised at Gothenburg University Library.
All printed texts have been OCR-processed and converted to machine readable text.
This means that you can search and copy text from the document. Some early printed books are hard to OCR-process correctly and the text may contain errors, so one should always visually compare it with the images to determine what is correct.



JOHANNIS MESSENI

EPI TOM E

SCONDIAE ILLUSTRATAE;

Sive,

CHRONOLOGIA QUÆDAM BREVIS,
DE REBUS GESTIS

SUECIAE, DANIAE & NORVEGIAE,
tàm Ecclesiasticis, quàm Politicis;

EX XIV. TOMIS,

aliundeque compilata,

& à Diluvio inchoata; Sed anno CHRISTI MDCXVI.
terminata.

Primum edita

à

JOHANNE PERINGSKIÖLD.



STOCKHOLMIÆ,

Typis OLAVI ENÆI, Anno CHRISTI MDCCV.

PROGRAMMA
IN EPITOME.

EN Lector brevitatis atque rerum
Inprimis studiose, quas ab orbis
Gessit diluvione Scandiotia

Nostrium tempus ad usque, trado Librum,
Tales quàm breviter Tibi loquentem,
Collectum velut ex tomis novem bis,
Descripsi Sueones quibus, simulque
Danos, cum populoque Noricorum
Illandos, Viridis simul colonos
Terræ, Ferrogiosque. Scandiotas
Hos Patrum meritò vocavit ætas.

A queis propterea mihi ferendæ
Grates, nomine commoneto quarum
Gentem, nè metuatque falsitatis
Præsenti remanere quid libello;
Securè sed eum revolvat, indè
Non fructus habitura poenitendos:
Quos præcerpere, Lector, allabora.

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO
MONARCHÆ,
DN. GUSTAVO ADOLPHO,
Suecorum, Gothorum & Vandalorum
Regi, Magno Finlandiæ Principi, Duci Esthoniæ,
Careliæque, ac Ingermanniæ
in Russia Despotæ,

Æternum salvere, vivere & florere!



*L*Loquutus paucis MAJE-
STATEM TUAM, SERENISSIME

REX, in vestibulo nobilissima hujus Epitomes, pro solenni consuetudine, dedicantium opera sua cuiquam Mecenatum, non alienum à copiosiori ejusdem illustratione duxi, suggerere inprimis MAJE-

STATI TUÆ, quo *Historia Scandiæ* pacto nata sit quondam. Siquidem ut natura opera, per aetates, velut gradus, ascendunt, sic & artis, quæ est natura solertissima amula; *Historiaque* proinde *Scandiotarum* & omnium gentium, constituta fuit hæctenus tanquam in infantia, pueritia, adolescentia, & virili seu consummata aetate. Deinde MAJESTATI TUÆ prodam, quam immensus decerpatur fructus ex *Historiarum* lectione. Tertio paucis ostendam, quam ardens hinc creverit Principibus desiderium, *Libros Historiarum* comparandi, lectitandi, & amplissimas ex illis, aliisque *Bibliothecas* adornandi. Quarto MAJESTATI TUÆ aperiam, quanto in precio *Historiarum* Scriptores in *Scandia*, & alibi terrarum, semper exstiterint. Postremum, quod cum MAJESTATE TUA communicabo in hoc proloquio, est, quam sollicitè consueverint prudentiores in mundo Reges, quempiam sibi *Chronographorum*, dum vivunt, acquirere, qui *Historiam* illorum pro dignitate & veritate post mortem conscribat. Atque illa omnia, dum quæ licet brevitate ac fidelitate elaboro, quam subjectissime MAJESTATEM TUAM obsecro, ut interea lectitare eadem, vel auscultare postmodum, nequaquam gravetur.

Itaque ad primum quod attinet, frequentissimus, qui cum Principe Geta, populus in *Scandiam* primus à *Diluvio* penetravit, morem

observabat Israelitarum, à quibus descenderat per multos ante, & post CHRISTI natalem, Seculorum decursus, contentus sua Posterorumque memoria duntaxat, velut Archivo fidelissimo, gesta amplissima credidisse. Verùm interea reminiscenciam non satis esse fidum rerum custodem animadvertens, consultius duxit easdem numeris quibusdam Poëticis Scandicè comprehensas, vulgo tradere canendas; ità pariter & oblectaret lepore audientes, & simul doceret præclara Majorum facinora, quasi que calcar illis subderet, ad currendum hujusmodi gloriae stadium pede quoque indefesso. Nec tamen eo facinora sua pacto æterna fore Scandiotæ, velut sibi persuaserant, cum dolore animi comperiunt; Ac proindè rupibus illa durissimis insculpere, non paucos sategerant tempore. Atque non alias fuisse primis Scandis Historias, testantur, præter ceteros non paucos Scandia Scriptores, Jornandes, Saxo, Crantzius, & Poëta Danicæ insignis, Erasmus Latus, ità in Epithalamio Regis Friderici:

Hæc est majorum, generisque incuria nostri,
 Tempore qui multo populari maxima famæ
 Gesta inscribebant, totumque audacius orbem
 Complexi, neque se chartis, neque facta libellis
 Subjiciunt, fragili neque credunt magna papyro.
 Postea consilium reliquis consultius istud
 Est visum, rythmis si condita facta vigerent
 Humanas inter voces, dulcique lepore
 Aspersa, è grato recrearent pectora cantu,
 Plerumque id fieri, veterum ut mox laudibus ipsæ
 Se tollant mentes, cumque hæc præclara parentum
 Gesta vident, flammis ardescant protinus, & se
 Extimulent, ne quid priscis stirps postera desit
 Majorum studiis.
 Ne tamen & prorsus longinqui temporis usu
 Obliterata ruant, solidis inscribere faxis
 Factorum monumenta parant, cautesque per amplas
 Sparsa legi, sero mandarunt gesta nepoti.

Porro circa annum Christi DL. Ablabius, Senator Romanus, & origine Scandius, Historiam suorum popularium, XII. libris, Gothicè complexus est; Quam post annos XIV. Jornandes, etiam Scandiotæ, in Epitomen redegit Latinam, ex qua deinceps Scriptoribus, indubia Gothicæ gentis innotuit origo. Gesta verò Scandiotarum in transmarinis diu belligerantium regionibus primariò Ablabius & Jornandes, atqui secundariò, & velut perfunctoriè, in Scandia remanentium conscripserunt.

Cæterum nono Christi seculo, primùm domesticam nostratium Historiam, quidam Scandicæ antiquitatis peritiores viri, libris comprehenderunt, nimirum Thiodolphus Frode, qui Sueticam conscripsit, eamque exorsus est à Frotone, Inge cognominato, totius Scandicæ monarchæ, & propterea Inglingerorum illam Chronicon appellavit. Arhii Torgilsonianus, qui Danicam à Schioldo, VII. Danorum Rege, inchoatam, & hinc Schiol-

Schioldingerorum annales vocatam. Atque Evinderus Schallaspiellerus qui Norvegicam, cujus sumpsit exordium ab Hemingo, VI. Noricorum Rege, & ideo Hemingerorum eam inscribens memoriam. Nec pauci Scandiotarum alii, eodem & sequenti ævo, illorum provocati exemplo, Scandicam in libros retulerunt Historiam, quorum nomina Tomo XIII. operum meorum, in catalogum retuli.

Progressu autem temporis, Islevus quidam, Chronicon Evinderi usque annum MLXV. continuavit. Inde Arvidus, Norvegia orsus Antistes, idem perduxit ad MCCLXIII. Sed Torgilsonii Saxo, Roschildiæ Præpositus, sibi desumpsit Syngramma Latine succenturiandum, cui apposuit colophonem operi, MCXCII. Verum enimverò Thiodolphi Synopsis serò admodum Sueones augendam, & illustrandam, sibi in manus sumpserunt. Quod inprimis præstitit Anonymus quidam, idem perducens thema sermone Scandico, proso & numerofo, usque MCCXL. Unde materiam propagavit istam, carmine similiter Suecico, Laurentius, Arosia Canonicus, ad annum MCDLXXXI. Atqui Latinâ phrasi, Doctor Ericus, Upsalia Decanus, eodem propemodum tempore, quo Laurentius, idem exhibuit Patriæ beneficium. Quem è vestigio subsequitur Doctor Johannes Gothus, opusque auspiciatur suum ab Eluvio mundi Oecumenico, & illud XV. Christi Seculo censuit terminandum.

Interea temporis alienigena quidam, Albertus Crantzius, Hamburgi Canonicus, Systema Saxonis ita tractavit, ut Sueticam, Danicam & Norvegicam inde, aliundeque minùs perfectè conflaret historiam, & MDIV. consummaret. Quod ipsum Danicè præstitit, nostro ævo Haraldus Huitfeldius; Tamen minus ex professo Sueticam, & Norvegicam, coronidemque suis hac de re, IX. Voluminibus, MDLIX. imposuit.

Ast ego non tantopere Saxonem, Crantziun, & Johannem Magnum, quod erroribus plerumque scateant, quantopere Thiodolphum, Torgilsonium, & Schallaspiellerum, aliosque Veterum, illis synchronos, atque non paucos Neothericorum æmulatus, eâ Sueticam, Danicam & Norvegicam diligentiam Chronologiam, XX. Tomis comprahensam, quâ nemo Chronographorum hætenus nostratium, concinnavi, prout Lector candidus, Scandicæ probè gnarus antiquitatis, non invitus mihi, dubio procul, est suffragaturus.

Alterum, SERENISSIME REX, quod initio proposueram, M:TI TULÆ manifestandum, est uberrimus, qui ex Historiarum decerpitur lectione fructus; Etenim illa est, Tullio attestante, testis temporum, vitæ magistra, memoriæque, & nuncia vetustatis. Atque inde propterea verissimè colligitur, quod illâ nullum studium; nullum negotium; nullum officium; nulla hominum conditio; nulla ætas, & nulla dignitas, vacare possint; Quæ in ocio suavitatem, in negotio commodum præstat; Quæ animos ad virtutem impellit, à flagitiis abducit; Quæ nobis majorum, & nostram posteris memoriam custodit, atque retinet; In summa, sine qua nemo unquam magnus in communi vida extitit; Cumque luculenter manifestet, quid ante-

):(

quam

quàm nati sumus in mundo acciderit; asseverat idem Eloquentiæ parens, Homines illius ignaros semper esse pueros.

Nequaquam igitur mirum, quod Reges atque Principes, quavis mundi ætate, prudentiores tantoperè Historicorum sint lætione delectati! Et hoc tertium est quod M. TI TUÆ insinuare decreveram: Idque imprimis externis demonstrabo exemplis; Alexander ille Magnus, tanto Homeri Iliadem studio amavit, ut eam rei militaris appellaret viaticum, & eandem dormiens, sub pulvino cum pugione teneret. Scipio Africanus, sine Cyri institutione, quam Xenophon literis mandavit, nunquam fuit deprehensus. Quod non alia de causa uterque fecit, quam ille Achillis exemplum, hic Cyri, imitatione frequenti transferri in se coniteretur. Immo Carolus hoc nomine Quintus, Imperator, nunquam in viam, aut quietem sese dedit, sine Comminæo, autore ad negotia aulica, & stratagemata probè cognoscenda, pernecessario. Domestica quoque non desunt nobis exempla; Illustrissimus Princeps, SUANTO STURE, Prorex Sueonum, tam ferventer dilexit Hemingii Gaddii Commentarios Historiarum, ut in suis plerumque illos gestarit. Nec minus Johannis Gothi Chronicon in delitiis habuit ERICUS Sueciæ Rex, utpotè cum sericis illud peristromatibus elegantissimè intexendum, adumbrandumque procuraverit. Quibus, & olis conclave voluit regium quotidie ornandum, ut ex crebro emblematum intuitu, velut inardesceret quodammodo ad emulandum heroica prædecessorum facinora. Quin imò potentissimus M. TIS TUÆ parens, inchoatæ memoriæ, CAROLUS Rex, in tantum libris delectatus historicis est, ut ipsemet quoque Chronicon rythmis Suecicis conscripsisse perhibeatur.

Hinc verò factum, videlicet ex vehementissimo librorum amore historicorum, ut non pauci Regum Bibliothecas ex illis, aliisque, amplissimas instituerint. Atque ut potissimas in orbe terrarum enumerem duntaxat; Rex Eumenes bibliothecam sanè apparatus, quæ plus quam ducenta voluminum millia, in hadinis conscripta pellibus, contineret. Alius quidam Principum, adornavit Alexandria librariam, ex septuaginta millibus: Sed Gordiana, habuit sexaginta duo millia: Casariensis, triginta duo millia: Constantinopolitana, centum viginti millia. Nihil dico de Antiochena, Hipponensi, Romana, Venetiana, Florentina, Parisiensi, Fuldensi, Erphordensi, Viennensi, & omnium nobilissima hodiè, Monacensi.

Nec Sueciæ Principes, huic indormierunt prorsus negotio, prout testantur plurima in regno quondam Cœnobio, quæ instructissimas possederunt bibliothecas; Sicut & Ecclesiæ Cathedralis, in quibus munificentiam Regum, Ducum, & Præfulum, frequentissima fuerunt comparata. Quorum interitum, qui religionis novatoribus imputatur, magnoperè lugent nostro ævo viri doctiores tam Theologi, quam Chronographi. Præsertim porrò deplorant librarii, vastationem Alvastrænsis, Varnhemensis, Stocholmensis, & Visbyensis, quod binis codicum optimorum vetustissimorumque millibus abundabat. Nostrâ denique memoriâ, gloriosissimus Rex Sueciæ JOHANNES, maximi precii & frequentissimæ Bibliothecam emerat, quam in audio magnoperè adauctam, ex cœnobio Stocholmiæ, in acropolim, non absque encomio, nuper translata esse, Quæ

Quamobrem si libros, & libraria Principes orbis aestimarent tanti, quanti facerent librorum authores, nempe viros doctrinâ conspicuos, etiam me tacente, res ipsa loquitur; Et istud est quartum, quod coram M. T. TUA differere volui. Prodeat inprimis in scenam denuò Alexander, meritò dictus Magnus, qui seriò dicere solebat, Diogines esse vellem, nisi Alexander essem; Quasi unum se omnibus præferret mortalibus, Dioginem verò Philosophum, fecerat secundum. Deindè Publius Antonius Imperator, Tacitum Historiographum nominavit Patrem, & libros iussit illius in omnibus collocari Bibliothecis, deciesque quotannis describi. Neque minoris fecit Quintum Curtium Alphonsus, Arragonia Rex, qui cum non operâ medicorum, sed illius lectione ex morbo perquam gravi, convalescisset, exclamavit: Valeat Avicenna, cum reliqua Machaonum turba, & vivat Curtius meæ restitutor sanitatis.

Quo similiter loco venerationis, Principes Suecia olim habuerint homines eruditos, non obscure prodidit STENO STURE senior, Interrex Sueonum clarissimus. Is quippe Hemingum Gaddium, ob singularia in patriam merita universam, in tantum dilexit, ut cum libris esset destitutus, nec ullus contribulium superesset amplius masculorum, illi Stureorum seniorum insignia, cum tribus regni coronis conjuncta, dederit usurpanda, eundemque vocabulo Patris, & observantiâ sit dignatus. Quod ipsum in adolescentia lubens fecerat GUSTAVUS primus Sueciae Rex, Gaddique consuetudine, propter maximam quam ab illo hausit rerum experientiam, per dius & pernox fruebatur. Rex autem JOHANNES, Gustavi filius, Bothvidum Nericium, suspicienda virum eruditionis, adeò propterea venerabatur, ut eundem sibi fortè obvium ita fuerit allocutus: Propter incomparabilem tuam doctrinam, licet agricolâ sis patre genitus, non tamen gravabor ego, Sueciae Monarcha, tibi honoris ergo caput detegere. Quid multis? Insignis fuit pariter cultor doctorum hominum, Rex CAROLUS, parens M. T. TUAE serenissimus, ut fatetur Jacobus Typotius in sua Historia, asseverans se plus ab illo in ocio, quam à Johanne in servitio, vel Sigismundo, Regibus item Sueciae, in negotio, percepisse salariorum.

Postremum, quod M. T. TUAE sum pollicitus in hoc proemio, jam præforibus est, scilicet quod Principes rerum providentes suarum, dum viros inter existunt, aliquem ex numero eruditorum soleant virorum deligere sibi Encomiasten; eundem plurimis sibi de vincire beneficiis; de rebus probè suis facere certiores, & quo velint pacto mortui, de meliori nota vivis commendari, idque tam in suggesto pro concione, quam in sepulcri Epitaphio, atque historia rerum suarum conscribenda.

Quæ quanti sit facienda Regibus sollicitudo, Alexander Magnus ostendit luculenter; Nam cum vice quadam Achillis tumultum pertransiret, fertur in hæc prorupisse verba: Ter beatum te Achilles æstimo, non tantum propter heroica prorsus tua facinora, quantum quod Homerum sis illorum consecutus descriptorem; Et ut illo non inferior hujusmodi evaderet felicitate, actutum sibi quendam, Homero doctrinâ parem conquisivit, nomine, Onesicritum; Quo etiam scriptore Alexander glori-

ose post funera diu floruit. Caterum hac non versavit neque coxit cura
FROTONEM, Dania Regem, ast populi subjecti plerosque, utpote qui plebisci-
to mox statuerant universali, secundum illius obitum, diadema regni con-
ferre cuidam HIARNONI, poëta obscuro quidem genere, sed non ingenio, quod
Frotonis bustum Epitaphio, velut rerum ab eo gestarum historiâ, decorasset.

Eodem gloria immortalis igniculo, qui ex Historia provenit, titillaban-
tur, HARALDUS PULCHRICOMUS, & HAQUINUS Norvegia, REGNERUSQ; Dania,
Reges, qui ut sibi, majoribusque memoriam apud posteros non intermoritu-
ram compararent, per Thiodolphum, & Evinderum, illi Suecorum, Novi-
corumque Monarchas, ex quibus in recta descendebant linea; Et hic per Tor-
gilsonium, Reges Danorum, velut generis sui propagatores quoque, literis
ab oblivione satagebant vindicare. Non absimilis torquebat sollicitudo pro-
cursu seculorum CAROLUM, Suecia & Norvegia Regem; Nec evanuit an-
tequam esset nactus Laurentium Arosiensem, qui rythmis historiam ipsius
Suecicis ita elaboravit, ut incomparabili cum honore, & decore nominis in
omne sit ævum victurus.

JOHANNES præterea Suecia Rex, ut Carolo fuit conjunctus sanguine,
sic & in hoc gloria studio; Proindeque non solum Bothvido Nericio, nomi-
nis sui perpetuitatem, beneficio Historia comparandam; Ast etiam Davi-
di Chytræo, commendavit, & utrumque propterea regis profecto munus-
culis non raro cumulavit.

Talis demum cupido Regem CAROLUM, parentem M:TI TUAE gloriosum, anxie olim
stimulavit, Typotiumq; ideo ad suas libenter partes traxisset; Atque cum nollet voto illi-
us consensum præbere, sepiusculè mihi deinceps eandem commisit sportam, non paucis ne-
que parvis munerum promissis oneratam; Quibus provocatus historiam illius Majestatis
conscripsi, Tomo Chronologia Scandiana Octavo comprehensam.. Cujus autem, reliquo-
rumque præsens liber est Epitome. In quam, non alia de causa prolixum illud Chronologia,
à me annis multis concinnata Syntagma, breviter admodum redegi, quàm cum unice cupe-
rem, ut M:TAS TUA omnino cognosceret, qua continerentur eo opere; Et non ignora-
rem illud majus esse, quàm ut liceret M:TI TUAE per occupationes Regni, feliciter guber-
nandi gravissimas, totum volvere, quo haberet, velut in speculo, quidquid ab ipso Noe
diluvio in Suecia, Dania, Norvegia, Islandia & Gronlandia, esset hæctenus gestum, fre-
quenti cognoscendum intuitu.

Quàm verò fideliter hoc illudque contexuerim opuscula, præfationes Tomorum
contestabuntur, adeo ut minus videatur modò necessarium, hic eadem repetere testimo-
nia: Solum igitur pro tempore, præsentem M:TI TUAE Libellum humiliter præsentem, eum
non aliter quam munus offerens levidense, consecrans & dedicans non immerito M:TI TUAE
tanquam potissimo Scandicorum Monarcharum, Dominoque mihi multis nominibus ob-
servando. Illumque & simul me ipsum, ut non dedignetur M:TAS TUA de optima habere
sibi nota commendatos, adversus quoslibet malorum & obtreçtatorum insultus, quàm
possum subjectissime, vehementissimeq; obsecro, & Divina MAJESTATEM TUAM protectioni
cum Serenissima conjuge, Regina Sueonum clementissima; Illustrissimis Liberis, regni
heredibus; Amplissimo Senatu, nobilissimis Proceribus, & populo universo, animitus
percipio assignatam. Ex castro Quenlandia Cajanaburgensi, Calendis Augusti, Anno
MDC. XXXII.

MAJESTATIS TUÆ

Humillimus & Fidelissimus
Servitor.
JOHANNES MESSENIUS



EPITOME

CHRONOLOGIÆ SCONDIANÆ, ECCLESIASTICAM ET POLITICAM SIMUL, QUAM BREVISSIME COMPLECTENS HISTORIAM.

Anno conditi orbis MDCLVI. A. M.
1656.

hominum DEUS flagitia œcumenico
mulctavit eluvio.

MDCLVII. Noa in jugo Scythiæ, Gordiæo, cum
familia salvus evasit. 1657.

Anno post diluvium C. Noa inde progressus, filiis orbem divi- P. Diluv.
sit, Japheto Europam obtinente. 100.

CLVI. Tuiscon IV. Noæ filius, imperium nactus à Tanai fluvio 156.
ad Rhenum, illuc cum sua, & Semi, Japhetique, fratrum progenie secessit.

CXCIII. Tuiscon, primos in Scondiam colonos, Magogo potissi- 193.
mum ortos, Japheti filio, Geta Duce, Semi pronepote, transmisit.

In hac nomen sortiti Geticum, seu Gothicum, à Ductore & Recto-
re, multumque adaucti, non multo post tempore, primam emittunt
coloniam, in proximas occidui maris insulas, Sielandiam, Mœoniam,
Falstriam & Jutiam,

Ex Scandia etiam progressu temporis, suos Islandia, Gronlandia,
Farogia & Hetlandia, consequuntur cultores.

CCLIII. Tuiscon, Sarmatis, Germanis & Scondiis, leges ac li- 253.
teras tradidit, hisque usi donec Latinas obtinerent.

CCCVI. Tuiscon morte sublatus, & Deos inter à Germanis re- 306.
latus, Mannum. habet filium in regno successorem.

Nec Geta, primus Scandiæ dominator, postea diu supervivens, Rex
Sueciæ I.

similiter Diis mortuus adscribitur, à Scondiisque & Germanis colitur,
nec constat cuinam tradiderit imperium. 844.

DCCCXLIV. Gigantes ex Palæstina pulsi, post vârias in orbe man-
siones, tandem non pauci eorum ingressi Scondiam, magis excultam
reddiderunt.

- Rex. S. 2. 875. DCCCLXXV. Ericus Scandiæ dominans, fortissima Gothorum agmina per mare ortum versus eduxit, & primis Gotlandiæ deputatis cultoribus, occupat Ulmerugiam: Hæc Gothorum, Amazonum & Gepidarum origo.
- Diverſo poſteâ tempore Getuli, Heruli, Vinuli, Hunni, Suevi, Alani, Longobardi, Normanni & Aſcomanni, ex Scandia ſimiliter egreſſi, mundo penè toti glorioſè dominabantur.
1127. Anno eluvionis MCXXVII. Trojâ per Græcos dirutâ, plurimi Trojanorum ad oſtia Danubii deſidentes, à Gothiſ, ex Rugia erumpentibus, continuò infeſtantur.
- AnteCh. Anno ſiquidem Chriſti præcedente incunabula CDXL. Regem 440. Gothi Antenorem, cum præcipuiſ Trojanorum, ceciderint.
433. Anno Salvatoris ante natalem CDXXXIII. Armis igitur Gothorum Trojani, nunc Sicambri & Cymbri novo dicti vocabulo, compulſi, in Germaniam ſecedunt: Quorum non pauci etiam penetrantes in Scandiam, cum gigantibus multo tempore colluctantur.
359. Anno Chriſtum præcedente CCCLIX. Surtvinbartericus Britonum rex, Vitos ſibi facit vectigales.
220. Anno CCXX. priuſquam Chriſtus naſceretur, Cimbri Trojani ex occupatiſ Germaniæ inferioriſ regionibus, & ſimul Chersoneso Vitorum progreſſi, occiduas impugnant mundi plagas.
- Quâ fretus occasione, Jutor Saxonum princeps, Chersonesum occupat Cimbricam, reliquiſ indè Trojanorum proſtigatiſ, & Jutiam de ſuo appellat nomine.
200. Circa annum CC. ante Chriſti adventum, Scandiæ potenter Rex S. 3. dominans Snore, dictus cognomento Humble, tres habuit filioſ, Thorum, Dan & Angul.
- R. S. 4. Thoruſ Gothiæ, & Vandalia borealiſ naſtuſ dominium, tantâ regit populum clementiâ & prudentiâ, ut mortuum Diis adſcripſerit, ac unum ſeptimanæ diem, primumque anni meſem, de ipſo nominaverit.
- R. S. 5. Urbaruſ in Gothiæ ac Sueciæ imperio, ſuccedit Humelo atque Thoro.
- R. S. 6. Oſtenuſ Gylve, ipſum multo poſt tempore ſubſequitur in eodem throno.
- Rex Sed Noruſ, Thori filiuſ, intereâ borealiſ in Scandia regni, fruſ Norveg. I. itur dominio.
- R. N. 2. Goruſ exindè frater Nori, gubernaculum Norrichii capeſſit.
- R. N. 3. Quod à morte parentiſ conſequitur Geteruſ; Aſt Oſtenuſ ipſuſ filiuſ Sueciam, Gothiamque, ſuſcepit regendas, ut commemoravimus.
- RexDan. Interim Vitoruſ genſ à Saxonibuſ impugnata, opem flagitat Humeli, cum eaque miſſuſ Dan filiuſ, hoſtibuſ debellatiſ, Rex à Vitiſ ſalutatur, à quo poſtmodum Dani ſunt nuncupati.
- I. Angul verò fratriſ beneficio Jutiam adeptuſ Cimbricam, de ſua ipſam nomine ſimiliter appellat.
- R. D. 2. Humeluſ II. in Dania mortuo ſubrogatuſ parenti, ſceptrum fra- tri permittit Lothero, aliaſ fuiſſet ab eo trucidatuſ.
- R. D. 3. Anno Chriſtum præcedente CX, Cimbri haſtenuſ ad ipſam pro- 110. greſſi & ingreſſi Italia, à Romanis fruſtrâ indè repellebantur.
98. Anno XCVIII. Chriſti ante natalem, prælio Romani gemino, CCCXL Cimbrorum millia ceciderunt, & DCXC, abduxerunt captiva.

Anno virginis ante partum LXVI. Quosdam Indiæ mercatores, tempestate in Scondiam pulsos, Rex Sueonum, Metello Celeri, Galliarum Præfidi, amico tanquam singulari, dono transmiserat. 66.

Ille fuit, dubio procul, Ostenus, qui modò intelligens patrem à Noricis Geterum perfidè trucidatum esse, ipsis bello domitis, suum fertur canem nomine Suerting, præfecisse regem.

Circa annum antecedentem Christum LX. Princeps Othinus, à Romanis ex minori pulsus Asia, Rusiam inprimis, & postea Saxoniam occupat, Daniamque infestat. 60.

Circa annum Christum præcurrentem XL, Vandalia borealis, beneficio Regis Othini cessit Venedis, Finlandia & Livonia dein appellata. 40.

Lotherus hostibus occurrens, in Jutiam seu Anguliam fugatur; proindè Balderus, Othini filius, reliquam adeptus Daniam, novo cœpit ritu Diis in Bredebliche, prope Letram Sielandiæ, immolare. R. D. 4.

Cæterum auxilio Sueonum, Noricorum & Jutorum Lotherus, æmulo cæso, thronum deinceps recuperat.

Quod ægro ferens Othinus animo, contractis ex tota Sarmatia & Saxonia bellatoribus, Scondiam impugnat, & victoriâ potitus, occisis Regibus, ipsam sibi universam subjugat, circa annum ante Christum, X XIV. & 7. 24.

Othinus Daniam, Gefvioni sagæ peritissimæ, quod ipsius foret artibus victoriam consecutus, assignavit, illamque Schioldus Lotheri filius nactus conjugem, thronum recuperat paternum, & Schioldungeros ex ea generat, inclytos in Dania Reges. R. D. 6.

Verum Othinus, Norvegiam filio concedit Hemingo, qui mox Tronuang seu Tronhem, locum regni amœniorem, novo Deorum cultui dicavit. R. N. 6.

Porrò ipsemet sibi Sueciam, velut fertiliorem vendicans, Sigtoniam condidit urbem, & sequentia perpetuò valitura statuta.

Primum, ut potissimus Numinum cultus Scondicorum, floreret Upsaliæ.

Secundum, ut primarius ibidem resideret Scondicorum Regum.

Cui propterea multis deinde seculis, principes Scondiæ reliqui, tantum honoris in generalibus exhibuerunt conventibus, ut ipsi equum consensuro, Danus frænum, & Norvegus stapedem venerabundi tenerent.

Tertium, ut mortui cum opibus cremarentur nobilioribus.

Quartum, ut studium artis magicæ, in qua esset ipsemet versatissimus, non negligeret. Hanc verò propter tantæ fuit diu venerationi omnibus populis borealibus, ut horum reges ab ipso genus trahere desideraverint.

Friggam, seu Fream, habuit uxorem, cui non parum cœca etiam posteritas exhibuit honoris.

Ipsæmet autem Othinus pro idolo vivus, mortuusque à Scondiis colebatur, & Deus belli ac divitiarum censebatur, à quo dies hebdomadæ IV. fuit nomen sortitus.

Froto, deinde rerum in tota potitur Scondia, qui & Frey, Froë, ac Fricco nomine, sed cognomine fuit Inge, & officio Drotte appellatus, cujus inde posterum Inglingar, & regum uxores Drottingar, sunt nominati. R. S. D. N. 7. & 8.

Is fanum condidit Upsalense in Scondia unicum, & urbem ipsi subjectam, edictoque statuit, ut non alibi Sueones, suum eligerent regem, quam in prato Morensi.

Anno post orbis eluvium MMCCCVI. Frotone in Scondia dominante P dil. 2306.

nante, & pacatissima fertilissimaque tempora usurpante, Christus DEI filius in Bethlehem nasci fuerat dignatus.

Quod verum Scondii Numen ignorantes, Frotonem vitâ perfun-ctum, Thoro & Othino adnumerant, diemque hebdomadæ VI. ab eo nominant.

R. S. 9. Niordus, quem Nearcum & Nordianum, inscite quidam nuncupant, subrogatus in throno Sueciæ & Gothiæ, regium adornat Upsalæ domicilium.

Heruitus, Russorum Dominus, clades patriæ illatas per Othinum, vindicaturus, sceptrum Niordo in Daniam profugienti, armis ereptum, tradit filio, & victor Novogardiam remeat.

R. S. 10. Heruitus II. quo infidiis Sueonum mox trucidato, revocatur Niordus, & domi mortuus in collegium adoptatur Deorum.

Itaque præter solem & lunam, idola Scondii colebant Getam, seu Godum, à quo numen quodvis postea Gaudh nominabant; Disam, quæ indidit III. vocabulum feriæ; Bleixen; Thorum; Thoreld; Othinum; Freijerum & Niordum.

Verum Sueci, Dani & Norvegi per DCCC. sequentes annos Reges habuerunt, quos Upsalenses, Letrenses, & Tronvangelenses, appellarunt, istâ nominatione ac successione gaudentes; certo tamen calculo anno um carentes. Et propterea, ne penitus ex Chronologia excluderentur, sincere illorum Catalogos subnectam, & postea feriem Chronologiæ repetam.

SUECIÆ

DANIÆ.

NORVEGIÆ.

Sigtrugus XI.	Gramus VIII.	Svibdagerus VIII.
Svarinus XII.	Svibdagerus IX.	Asmundus IX.
Gramus XIII.	Guttormus X.	Uffo X.
Svibdagerus XIV.	Hadingus XI.	Hadingus XI.
Asmundus XV.	Froto XII.	Haquinus XII.
Uffo XVI.	Haldanus XIII.	Gevarus XIII.
Huningus XVII.	Roë XIV.	Herletus XIV.
Regnerus XVIII.	Hotebrotus XV.	Geritus XV.
Hotebrotus XIX.	Helgo XVI.	Collerus XVI.
Helgo XX.	Rolpho XVII.	Frogerus XVII.
Attislus XXI.	Hacho XVIII.	Rusla XVIII.
Hoterus XXII.	Hoterus XIX.	Gotarus XIX.
Roricus XXIII.	Roricus XX.	Rollerus XX.
Attislus XXIV.	Horvendillus XXI.	Asmundus XXI.
Hogmotus XXV.	Feugo XXII.	Vicarus XXII.
Alricus XXVI.	Amletus XXIII.	Helgo XXIII.
Ericus XXVII.	Vicletus XXIV.	Haterus XXIV.
Haldanus XXVIII.	Vermundus XXV.	Amundus XXV.
Sivardus XXIX.	Uffo XXVI.	Hacho XXVI.
Ericus XXX.	Dan XXVII.	Lotus XXVII.
Haldanus XXXI.	Hugletus XXVIII.	Regnaldus XXVIII.
Unguinus XXXII.	Froto XXIX.	Gunnarus XXIX.
Regnaldus XXXIII.	Dan XXX.	Hildegerus XXX.
Froto XXXIV.	Fridlevus XXXI.	Olaus XXXI.
Fiolmus XXXV.	Froto XXXII.	Sivardus XXXII.
Svercherus XXXVI.	Hiarno XXXIII.	Ringo XXXIII.
Valanderus XXXVII.	Fridlevus XXXIV.	Omundus XXXIV.

SUECIÆ.

DANIÆ.

NORVEGIÆ.

Visburus XXXVIII.	Froto XXXV.	Trondo XXXV.
Domalderus XXXIX.	Ingellus XXXVI.	Rusla XXXVI.
Domarus XL.	Olaus XXXVII.	Goto XXXVII.
Dignerus XLI.	Haraldus XXXVIII.	Sivardus XXXVIII.
Dagerus XLII.	Froto XXXIX.	Sivardus XXXIX.
Augnius XLIII.	Haldanus XL.	Regnerus XL.
Alricus XLIV.	Haraldus XLI.	Biornus XLI.
Ingo XLV.	Ungvinus XLII.	Haldanus XLII.
Hugletus XLVI.	Sivaldus XLIII.	Oftenus XLIII.
Hacho XLVII.	Sigarus XLIV.	Haldanus XLIV.
Jorunderus XLVIII.	Sivaldus XLV.	Gudrotus XLV.
Haquinus XLIX.	Arturus XLVI.	Olaus XLVI.
Egillus L.	Haldanus XLVII.	Haldanus XLVII.
Otharus LI.	Haraldus XLVIII.	Haraldus XLVIII.
Adelus LII.	Haquinus XLIX.	
Oftanus LIII.	Olo L.	
Ingvardus LIV.	Omundus LI.	
Amundus LV.	Sivardus LII.	
Sivardus LVI.	Butlus LIII.	
Herotus LVII.	Jarmericus LIV.	
Ingellus LVIII.	Broderus LV.	
Carolus LIX.	Sivardus LVI.	
Bero LX.	Snio LVII.	
Anundus LXI.	Biornus LVIII.	
Olaus LXII.	Haraldus LIX.	
Ingo LXIII.	Gormo LX.	

- Anno Christi LIV. Quidam vir sanctus, Româ missus â D. Petro, A^o. Chr. 54.
 Elfatis & Saxonibus, gentibusque finitimis Evangelium prædicavit; Cujus forsitan sonus aliquis in Scondiam quoque modo perlatus fuit, quem Gothi foris conversi, inque patriam reversi, dubio procul auxerunt.
- CCLVI. Non modica Gothorum pars mundo vagantium, Hispanis cœpit dominari. 256.
- CCCLXXX. Vestrogothi licentiâ Valentis Imperatoris, Mœsiam inhabitant, & Arrianos impetrant Evangelii Doctores. 380.
- CCCLXXXIV. Longobardi, à bipennium ita dicti quantitate, primum ex Scandia progrediuntur in Ulmerugiam. 384.
- CCCLXXXVIII. Hengistus & Horsus, Othini pronepotes, cum Anglo-Saxonibus in Britanniam delati, nomen incolis, & heptarchiam obtruserunt. 388.
- CCCXC. B. Suniva comitum unâ S. Ursulæ, â classè sociarum delata in Norvegiam, incolis Christum prædicavit. 390.
- CCCXCIV. Primus fuit Longobardorum Rex, Agelmundus. 394.
- CCCXCVII. Expulsi ex Britannia Anglo-Saxones, in patriam remearunt. 397.
- CCCXCIX. In Britanniam reversi Anglo-Saxones, cæsis CD. Optimatum, Regem ad vota coëgère. 399.
- CD. Ulphilas Arrianus, Scondicè Biblia Sacra vertit, vel potius pervertit. 400.

412. CDXII. Gothi Romam, mundi Lominam, expugnarunt.
419. CDXIX. Plurimi Anglo-Saxonum in Britannia trucidati sunt, & superstites donati coloniâ.
456. CDLVI. Illustriores Romanorum, tyrannide perculsi Regis Attilæ, & conscensis ideò navigiis, per Oceanum in mare depulsi Balticum, in orientalibus hujus provinciis non paucò dein tempore dominantur, nostroque adhuc ævo in Polonia & Lithuania.
476. CDLXXVI. Longobardi fiunt accolæ Danubii, Rugiâ desertâ.
488. CDLXXXVIII. Arturus Britonum, & XXIX. regnorum Rex, Scandiam armis subegit, per alienigenas diu postea gubernatam.
500. D. Rodolphus, Gothiæ Rex, illorum cedens potentiæ, in Italiam secessit.
520. DXX. Heruli ex Scandia oriundi, fidem suscipiunt Christianam.
540. DXL. Heruli per Illyricum habitantes, Regem ex Scandia sibi accersiverunt.
548. DXLVIII. Gothi Romam secundò armis occuparunt & spoliarunt.
560. DLX. Ablabius Gothus, Senator urbis, Historiam suæ gentis, Scandicè conscripsit.
564. DLXIV. Jornandes Scandiota, XII. Ablabii libros in Epitomen redegit.
573. DLXXIII. Longobardi regnum in Latio auspiciuntur, quod annis floruit CCVI.
594. DXCIV. Illustris ex Scandia Comes Aphrila, concilio subscribens Toletano, hæresin abjuravit Arrianam.
690. Circa DCXC. B. Sebaldu Christiano in Scandia parente nascitur.
705. Circa DCCV. Ille ad scholam missus Parisiensem, sedulam pietati & literis navat operam.
780. Circa DCCVIII. S. Sebaldu primâ connubii nocte sponsam deserit, & vitam degit Eremiticam.
716. DCCXVI. Natio Gothorum in Hispania propemodum extirpatur.
720. DCCXX. Torchillus Adelpharius, Gormoni Danorum Regi, Christianum svadit dogma suscipiendum.
724. Circa DCC XXIV. B. Sebaldu, facultate Gregorii II. Pontificis, in Italia & Germania pœnitentiam verbis signisque prædicat, ac tandem Norimbergæ mortuus, miraculis coruscat.
755. DCCLV. S. Bonifacius à Frisiis Evangelium detestantibus, martyrio coronatur.
772. DCCLXXII. Saxones etiam Christi detrectantes jugum, cœpit Carolus Magnus propterea, sicut quoque ut his domitis, Scandiotas, Christo & Francis infestos, commodius subjugaret, impugnare.
774. DCCLXXIV. Carolus, debellatis in Italia Longobardis, ipsorum occupat regnum, & Regem captivat.
777. DCCLXXVII. Carolus, bellum in Saxones renovat, quorum Dux Vitachindus in Dania captat refugium.
778. DCCLXXVIII. Vitachindus, auxilio fretus Scandiorum, se frustra opponit Carolo.
782. DCCLXXXII. Carolus, Lippenhemix Danos auscultat, pro Vitachindo perorantes.
785. DCCLXXXV. Vitachindus & Saxones, baptismo suscepto, in gratiam cum Christo & Rege Carolo redeunt.
788. DCCLXXXVIII. Carolus, Saxoniam, in certas divisit Episcopas, Co-

Coloniensi & Moguntinensi subjectas Archipræfulibus ; Quarum una Bre-
menfis, Nordalbingiam, hoc est, Holfatiam, Stormariam & Dithmerfiam
complectens, S. Vilhadum, XIII. Julii, nanciscitur Antiftitem.

DCCCXC. Vilhadus sanctam exhalavit animam, & annis XV. Ca- 790.
thedra vacavit Bremenfis.

DCCC. Gothi Vinetam inhabitantes, ipsâ solo adæquatâ, Bircam 800.
Sueciæ migrarunt.

DCCCIV. Getricus, Daniæ Rex, non ausus Imperatorem conve- 804.
nire vocatus, Legatos expedit. R. D. 61.

DCCCIV. Cæsar Villericum deputat Bremensibus Episcopum, & 805.
primam fabricat Hamburgi Ecclesiam, Herudago commendatam.

DCCCVIII. Rex Getricus subdit Daniæ Obotritos, & Jutiam 808.
Saxoniamque inter vallum ducit.

DCCCIX. Getricus propterea fœderis accusatus violati, apud Cæ- 809.
sarem se frustra per Oratores excusavit.

Nec amplius fidens Carolus Getrico, in limitibus propugnaculo
similiter fundato, prohibet Danorum excursiones.

DCCCX. Instinctu Getrici, Frisiam CC. navigiis populantur Nor- 810.
manni Scondici.

Ipsemet porro Getricus, Carolinis Daniæ imminentibus oc- 811.
cursurus, à proprio trucidatur satellite, cui Olaus filius subrogatur. R. D. 62.

DCCCXI. Hemingus patruelis Olao Daniæ Regi succedens mor- 811.
tuo, Haldanum & Helgonem ipsius fratres pellit in exilium. R. D. 63.

Initio autem veris, Hemingus, Egdoram pro limite Nordalbingi-
am à Dania separante, acceptans, Imperatori amicitur.

DCCCXII. Hemingus mortem oppetiit, & Sivardus ac Ringo 812.
de throno belligerantes, cum XI. pugnatorum millibus occubuerunt; R. D. 64.

Hujus tamen sectatores victoriâ potiti, Haraldo & Regnero illius fratri- 813.
bus sceptrum tradiderunt. Reg. D. 65.
& 66.

DCCCXIII. Novi Daniæ Reges, pacem cum Imperatore robo- 813.
rant, & fratrem recipiunt obsidem.

Ita Cæsar nactus occasionem Scondiis Christum annunciandi,
eam frustra commendat Ebboni Rhemensium Episcopo.

DCCCXIV. Carolus Magnus morte sublatus, imperium filio com- 814.
mittit Ludovico

Quando Haldanus & Helgo peregrè in Daniam regressi, Haraldum
& Regnerum exturbarunt

DCCCXV. Ipsi sceptrum recuperarunt, & missâ ad Cæsarem le- 815.
gatione, pacem firmarunt. Sed mox regno pulsus Regnerus, piraticam
diu exercet, in quem Haraldus pangit cum Ludovico fœdus.

DCCCXVII. Pius Imperator, istâ fretus amicitia, Scondios Chri- 817.
sti nomine censuit compellendos; Ideoque cum Stephano Papa mox A-
quisgrani de illorum conversione deliberavit.

DCCCXVIII. Scondii Britanniam infestantes, auxilio Cæsaris inde 818.
profligantur.

Circa DCCCXX. Ingellus, Sueciæ Rex, spontaneo periit incendio, 820.
& filius Olaus in Vermelandiam elapsus, metu Regneridarum diu ibi delituit. Rex. S. 58.

Interea Haldanus Olai filius ad thronum promotus fuit Norve- 821.
giæ, cujus illic progenies deinceps usque annum Christi MCCCLXXXVII.
gloriosè regnavit. R. N. 42.

DCCCXXIII. Commissam denuò Scondiorum sibi conversionem, 823.
Præful impiè neglexit Rhemensis.

8 EPITOME CHRONOLOGICÆ SCONDIANÆ.

826. DCCGXXVI. Haraldus Daniâ exturbatus, fœderati opem Cæsaris implorat.
827. DCCCXXVII. Haraldus suscepto Moguntiaë baptismo, cum auxiliari Cæsaris exercitu, & binis Evangelii prædicatoribus, S. Ansgario & Autberto, in patriam regressus, ipsam recuperat.
828. DCCCXXVIII. exeunte, novi Danorum Apostoli ad Imperatorem reversi, cum gaudio Evangelii memorant successum.
829. DCCCXXIX. S. Ansgarius Ludovici & Haraldî munitus literis, Byrcam Sueciæ navigat.
- R. S. 60. Et licentiâ Regis Biorni prædicans, plurimos Sueonum Christo lucratur, quos inter fuit Herigarius, Byrcensium prætor.
- Haftenus eodem Imperatoris zelo, alii concionatores Norvegis, Islandis, Gronlandis & Ferogiis missi, magnum Domino fructum attulerunt.
830. DCCCXXX. S. Ansgarius ad suam Galliaë Corbegiam rediturus, Suecanam Herigario commendat Ecclesiam, qui neophytos verbis & signis in fide diu roborat.
- Haraldus secundum à Regno Daniâ expulsum, fidei naufragium fecisse perhibetur.
- Classis Scandiorum piratica, Saxonibus, Flandris & Gallis, grandes intulit clades.
831. Circa DCCCXXXI. Sueones & Gothi, Regneriano excusso iugo intolerabili, Anundum sibi regem eligunt indigenam.
- Rex. S. 61. 832. DCCCXXXII. Regnerus Daniæ sceptrum committens filio Sivar-
- R. D. 67. do, & Beroni Sueciâ pulso Norvegiæ provinciam obtinens, exercet
- R. N. 51. piraticam.
- Ludovicus Cæsar novam condit in Saxoniam Corbegiam, pro Scandiorum & Sclavorum conversione, cui S. Ansgarium præficit rectorem.
833. DCCCXXXIII. Haraldus throno restitutus, à S. Ansgario ad Christum revocatur.
834. DCCCXXXIV. Metropolitanæ Slavorum, Scandiorumque per Cæsarem Ecclesiæ Hamburgi fundatæ, S. Ansgarius merito assignatus Archiepiscopus, Aquisgrani solenniter inauguratur.
835. DCCCXXXV. Novus Antistes Romam profectus, à Gregorio IV. officii & beneficii confirmationem, palliumque obtinuit, quando orientali-um ac borealium declaratus est nationum Apostolus.
- Scandios occiduis Britanniaë oris incumbentes, Rex Echbertus inde profligavit.
- Corbegiâ veteri, novâque, Scandiorum & Slavorum non sufficientibus conversioni, Cæsar Turholtense in Belgio monasterium S. Ansgario etiam delegavit.
836. DCCCXXXVI. S. Ansgarius Suecanæ misertus Ecclesiæ, prædicatoribus destitutæ, huc Simonem Episcopum, & Nitardum expedivit Presbyterum.
- Byrcense ab iisdem cœnobium inchoatur, Benedictinorumque, in Suecia, primum.
837. DCCCXXXVII. S. Edmundus à Scandiis, Vest-Saxiam Angliæ impugnantibus, occiditur.
838. DCCCXXXVIII. Scandii, trucidato Rege Anglorum Herebrito, victores Nortumbriam ingressi, profligantur.
839. DCCCXXXIX. Villericus, Bremenium præsul, morte sublat-
tus, Leudericum postea successorem consequitur.

- DCCCXL. Christianissimus Imperator Ludovicus, piam Creatori animam tradidit. 840.
- Scondii Saxoniam, Nordalbingiam, & præcipuè Hamburgum infestant, S. Ansgario in Ramsola & Turholtio refugium quærente.
- Anundus, sceptro privatus Sueciæ, horrendam in Christianos movit persecutionem, in qua Nitardus martyrium passus est, Simone Hamburgum incolumi remeante, & Suecis deinceps septenniò carentibus præsentia Sacerdotis, ab Herigario interim in fide confirmatis.
- Anundus patriâ extorris, Angliam diu incurſat; Sed Olaus ex Vermelandia mox in locum illius revocatus, regnat in Suecia glorioſè. R. S. 62.
- DCCCXLII. Sergius II. suâ etiam bullâ functionem S. Ansgarii, & legationem comprobavit. 843.
- DCCCXLIV. Scondii Angliam pro libitu flagellaverunt. 844.
- DCCCLV. Saxoniam alius Scondiorum exercitus, non minus affixerat. 845.
- DCCCXVI. Scondiorum classis Frifones, Flandros & Gallos crudeliter prædata, Scotos sibi facit vectigales. 846.
- Ericus Daniæ Rex, mortuo succedit fratri Haraldo. R. D. 68.
- Privilegia Ecclesiæ Hamburgensis, & munia S. Ansgarii, Leo IV. Pontifex Romanus approbat.
- DCCCXLVII. Ludovicus Germaniæ Rex, vastatæ misertus Ecclesiæ Hamburgensis, ipsi Bremensem subdidit, Coloniensi & Moguntinensi Archiepiscopis, diu nequicquam contra protestantibus. 847.
- DCCCXLVIII. S. Ansgarius tanto animatus beneficio, latebris posthabitis, Bremam festinat, & concionatores per provinciam ablegat, in Sueciam quidem Harigario Eremitâ expedito. 848.
- Verum ipsemet in Daniam profectus, Ericum reconciliat Ecclesiæ; Veniam Danis Baptisma suscipiendi, & templum Slesvici primum in regno fabricandi, impetrat.
- Scondiotæ in Aquitaniam effusi, Burdegaliâ diripuerunt; Scondicum verò Scoti jugum modò excusserunt.
- DCCCL. In Frisia Bataviaque Scondii grassantur, & Gandavum prædantur. 850.
- DCCCLII. Scondii CCL navigiis Frisiam denuò populantur. 852.
- Circa DCCC LIII. Ansgarius, Dani literis commendatus, Sueciæ visitat Ecclesiam, Regem baptizat Olaus, & hinc redituriens, Heribertum in Suecia Gothiaque relinquit vicarium. 853.
- Munchabodense in Ostrogothia monasterium à Benedictinis incolitur.
- Scondii opulentissimas Galliæ civitates, Nannetum, Turonium, Andegavum & Burdegaliâ, diripiunt.
- DCCCLVI. Scondii Aureliæ incolas, & Sequanæ accolas, infestant. 856.
- DCCCLVII. Per immensum Scondii pelagus in Latium delati, jam diu cum Italis colluctantur, donec, progressu temporis, primò ibi Comitatum, deindè Ducatum, & demum bina obtinuerint regna, utriusque videlicet Siciliæ. 857.
- Ericus Rex, & Guttormus Haraldus filius, de throno Daniæ belligerantes, cum plurimis hominum millibus occubuerunt. Orbem porro sceptrum nactus Ericus, Sivardi filius, & nepos Regneri, Ecclesiâ Slesvici occlusâ, in Christianos desæviit. R. D. 69.
- DCCCLVIII. Scondii Lutetiam opibus spoliata incenderunt. 858.
- DCCCLIX. Nicolaus Pontifex Romanus, & Coloniensis Archieps. 859.

- episcopus, obtantam gentium conversionem, Hamburgensis & Bre-
menfis subscribunt diœcesium combinationi.
860. DCCCLX. Coràm S. Ansgarius Daniae compellans Tyrannum,
permovit ipsum, ut dogma suscipere Christianum, aliisque Danorum
idem concederet, & Ripæ secundam in Dania conderet Ecclesiam.
Classis Scandiotarum novis Vandalos, Frifones, Anglos, Gallos &
Scotos, cladibus cumulavit.
862. DCCCLXII. Scandii totis aggressi viribus Gallos, flammâ, ferro
& rapinis ipsos pervaserunt.
863. DCCCLXIII. Gosbertus, Sueciæ Apostolus, hinc ab Idololâtris pul-
sus, ad S. Ansgarumque reversus, insulam obtinuit Osnabryggensem.
865. DCCCLXV. S. Ansgarius IV, Februarii die, beatam exhalans
animam, S. Rembertum in utraque Cathedra, & Scandiorum vinea
obtinuit successorem: Quem præter, annis LXX. nemo ausus prædicato-
rum invisere Sueciam, atrociniis nimium infestam.
- R. D. 70. Interea mortuo Erico, Danorum Regi, Helgo subrogatur, & Ca-
nutus, decessoris filius, in Norvegia clam educatur.
- R. D. 71. Post Helgonem, Olaus Sueciæ monarcha, sceptrum Daniae ca-
pessit, quod gessit quinquennio.
- R. D. 72. Deinde imperium tenuit Daniae Ennignupus, Olai filius.
- R. D. 73. Is fratrem consequitur successorem, vel regni consortem, Sivardum.
- R. D. 74. Quibus demum suis patruis substituitur Ericus, cognomento
Ventosus, filius Ingonis Sueci, & nepos Regneri ex filia.
Sed avus, Olaus ex Dania in Sueciam reversus, Diis fuit im-
molatus, quod nollet illis sacrificare.
- R. S. 63. Filius autem Ingo, Sueticum conscendit thronum, & hætenus
- R. D. 75. Canutus Daniae hæres, in Norvegia adoleverat, qui patriam auxilio nu-
tritiorum recuperat: Sed omisos repetamus calculos.
866. DCCCLXVI. Regnerus admodum senex, moribus serpentum
in Hybernia consumptus, filios & nepotes, suæ habet mortis vindices.
867. DCCCLXVII. Scandii solito grassantur furore in Gallia.
869. DCCCLXIX. Scandii X millibus talentorum aureorum munera-
ti, Gallorum infestatione aliquandiu superfederunt.
870. DCCCLXX. Novæ Scandiorum cohortes Galliam invadunt; Nam
Scandii exoticis inescati divitiis, continuas hoc tempore fecerunt ex-
cursiones.
- R. N. 48. Haraldus, cognomine Pulcricomus, Norvegiæ adeptus imperium,
annis LXXIII. regnavit.
874. DCCCLXXIV. Haraldus provinciarum Regulis & Dynastis regno
exturbatis, Monarcha fit Norvegiæ potentissimus.
Scandii Andegavum Gallia occupatum, contra accolâs, Britannos-
que, diu propugnarunt.
881. DCCCLXXXI. Godofredus & Sigefrodus, Scandiorum Reges,
Flandriam vastarunt.
882. DCCCLXXXII. Godefredus cum uxore Gisla, Regis Lotharii filia,
nactus Frisiam, pacem & fidem amplectitur Christianam.
884. DCCCLXXXIV. Nova Scandiorum classis in Galliam delata, duo-
decim millibus argenti acceptis talentis, cum Gallo XII. annis pacifcebatur.
885. DCCCLXXXV. Hugo Lotharii filius opem implorat sororii Gode-
fredi contra æmulum.
886. DCCCLXXXVI. Scandii Lutetiam validissimè obsederunt.

- DCCCLXXXVIII. Scondii sub Lutetiam regressi, multò eam acrius oppugnarunt. 888.
 S. Rembertus, alter Scondiæ Archiepiscopus, faustum vitæ finem adipiscitur, cui Adalgarius suffectus, à piratis Sueciâ excluditur.
 Sueno secundum patris mortem Canuti, dominium acquisivit R. D. 76.
 Danicum.
 DCCCXCI. Tantâ Scondios, Galliam infestantes, Cæsar Arnolphus clade affecerat, quantâ prius hostium nemo. 891.
 DCCCXCIII. Colonientis præsul, in concilio Trevirensi, Bremam favore Pontificis & Imperatoris, Adalgario extorsit. 893.
 DCCCXCV. Famosus ille Rolpho, ex Norvegiâ proscriptus, milite collecto, Angliam inprimis, deindè Galliam feliciter impugnavit. 895.
 DCCCXCIX. Haraldus Norvegiam inter filios distribuens, lege sanxit multis observatâ seculis, ut sua tantum progenies throni foret hæres. 899.
 Circa DCCCC. Ingo Sueonum Rex, à S. Remberto quondam conversus, codicem regni emendat. 900.
 DCCCCI. Froto, Daniæ Rex, Slesvicensem, & Ripensem instaurat Ecclesias, Romæque Doctores flagitat. 901.
 DCCCCVIII. Sergius papa, Bremam Adalgario resignat; IV. ipsi assignat Episcopos, in vinea cooperarios Scondicâ, & vetera confirmat privilegia. R. D. 77. 908.
 DCCCCIX. Hogerus mortuo subrogatus Adalgario Bremæ, propter Ungarorum excursiones, Scondicam neglexit Ecclesiam. 909.
 DCCCCXI. Gormonem Froto deligit regiminis consortem Danici. 911.
 DCCCCXIII. Neustriam Galliæ, & sororem Regis, Rolpho, Scondiorum ductor, adeptus, Christianâ initiatur religione, cum plurimis popularium. R. D. 73. 913.
 DCCCCXCI. Hogerum mors abstulit, & Regenwardum Brema, Scondiaque præfulem consequuntur. 916.
 DCCCCXVII. Cathedram Unno Bremensem nanciscitur. 917.
 Circa DCCCCXVIII. Rex Froto, primam Arhulæ condidit Ecclesiam: Ipso autem mortuo, Christianos Gormo crudeliter fuit persecutus. 918.
 DCCCCXX. Filium Gormo Haraldum in Dania, & Canutum in Anglia, ad regiminis consortium admisit. R. D. 79. 920.
 DCCCCXXV. Haraldus Norvegiæ Rex, filium Anglo Haquinum commisit educandum. 925.
 DCCCCXXVIII. Codex Islandicus, Norvegico, tali conformatur rigore, ut invitam basiani sæminam infligeret exilium. 928.
 Circa DCCCCXXX. Ericus à parente nominatur decrepito, in Norvegia successor. R. N. 49. 930.
 DCCCCXXXI. Danus armis compulsus Regis Henrici, Christianos in regno tolerat, & limites inter Jutiam & Holsatiam Slesvici collocat. 931.
 Quam propterea Imperator urbem suo firmat præsidio, & Ecclesiam ibi renovat.
 Quâ Unno gavifus occasione, in Daniam festinat, & præter alios gentilium plurimos, Haraldum, Regis filium, convertit; non tamen baptizat.
 DCCCCXXXII. Haraldus Norvegiæ rex, mortem oppetiit, XXI. linquens filios, & filias totidem. 932.
 Circa DCCCCXXXIII. Ericus, in regni confirmatus dominio, ut securior imperaret, fratrum plerosque trucidavit. 933.
 Ideo

- R. N. 50. Ideò tyrannum Norvegi detestantes, ipso expulso, Haquinum ex Anglia revocant, qui XXVI. regnans annos, intereâ Christianismi frustra satagit inducendi.
934. DCCCCXXXIV. Haraldus, mortuo patre, integrum Daniae cepit regimen.
935. DCCCCXXXV. In Sueciam Unno profectus, diu prædicatore destitutam, multos incolarum Christo reconciliavit.
936. DCCCCXXXVI. Sanctus Antistes hinc abitum parans, Byrcæ demoritur, cui succedit Adeldagus.
940. Ericus Norvegiâ proscriptus, impiam in piratica efflavit animam.
- R. S. 64. Circa DCCCCXL. Sueciæ dominator Jngo, cæsus ab hostibus, Erico tradit filio sceptrum.
944. DCCCCXLIV. Haraldus Henricianis Slesvicum eripuit, & alium Erico constituit limitem.
946. DCCCCXLVI. Richardus Normanniæ Dux, auxilio Haraldus Dani, Gallum captivat.
947. Circa DCCCCXLVII. Storbernus ab Erico debellatus, Haraldus ducis implorat opem.
948. DCCCCXLVIII. Haraldus Ottoni Slesvicum recuperaturo occurrens, superatur, & factus imperii vasallus, cum uxore, filioque Suenone, sub Flensburgo lustratur.
949. Quâ de causâ Storbernus, Haraldus ope sororii defraudatus, obtentâ Gothiæ præfecturâ, Erico amitino lubens reconciliatur.
- DCCCCXLIX. Adeldagus veniam nactus Pontificis Agapeti, Episcopus per Scandiam ordinandi, Haraldus pervasit, ut aliquot in Dania fundaret Episcopatus.
- Proinde Rex consilio & auxilio Cæsaris, Slesvicensem, Ripensem & Arhusiensem, instituit Episcopas, quibus Adeldagus præfecit Antistes, Haraldum, Lifdagum & Rembrandum, totius simul Scandiae habituros inspectionem.
- Verum Ottoniensis in Fionia Episcopatus, deinceps sumpsit exordium. Roschildiæ porrò in Sielandia, ligneam modò solum Haraldus Ecclesiam fabricavit.
952. Circa DCCCCCLII. Emundus Sueciæ suscipit dominium, Erico parente vitâ functo.
- R. S. 65. DCCCCCLVI. Colonienfis veterem Bremensi movens controversiam, causâ cadit, Papâ & Imperatore arbitrantibus.
959. Circa DCCCCCLIX. Haraldus, Erici in exilio mortui filius, ope Danicâ gubernaculum invadit Norvegiæ, Haquino Rege perempto.
- R. N. 51. Circa DCCCCCLX. Haraldus feudis primò devincit sibi patruales, quorum plerosque factos hinc securos, deinde obruncat.
960. Thyra Gormonis vidua Danici, vallum quod Juthiam ab Holfatia difterminat, restauravit.
- Helena, Ruthenorum princeps, Constantinopoli baptizata, idem suæ svasit nationi.
964. Circa DCCCCCLXIV. Folchbertus Haraldus Slesvici, & Othincarus senior postea Ripæ, S. Leofdago substituuntur.
970. DCCCCCLXX. Richardus, Normanniæ Dux, subsidio iterum Danico Gallis prævalens, partem Danis provinciæ assignat, & uxorem capit Danicam.
971. DCCCCCLXXI. Oldenburgensis subditur diocesis Hamburgensi.
974. DCCCCCLXXIV. Danus Haraldus fratris, & Haraldus sororis, filios,
- R. N. 52.

- os, Norvegiam affectantes, necavit, quam svasori tradidit regendam Ha- R. N. 53.
quino Apostata.
- DCCCCXXX. Haraldus Daniæ ac Norvegiæ Rex, à Suenone filio, 980.
idololatriæ studioso, impugnatus, martyr pro Christiana occubuit religione. R. D. 80
- Vlodemirus, Rusiæ princeps, nactus conjugem, Cæsaris Con-
stantinopolitani sororem, fidem ipse popularesque amplexantur Chri-
stianam.
- Circa DCCCCLXXXI. Emundus rex Sueciæ, iniquo regno- 981.
rum subscribens limiti, Sconiam, Hallandiam & Blechingiam amisit, ac
simul vitam, illas postea conatus bello recuperare.
- DCCCCLXXXII. Danus à Julinensibus captivatus, multo auro 982.
redimitur.
- Thorvaldus, & Fridericus quidam, sedulam dant operam Is-
landis Christo lucrandis.
- DCCCCLXXXIII. Suenotto rex Daniæ, secundo & tertio à Ju- 983.
linensibus in vincula coniectus, dato ingenti semper lytro, libertatem
mercat.
- DCCCCLXXXIV. Ericus Sueciæ rex, trinam de Suenottone 984.
victoriam adeptus, amissas recuperat provincias, & Daniam simul oc- R.S.D.N
cupat, Norvegiamque. 66. 81 54.
- DCCCCLXXXV. Victoriosus Scondiæ Monarcha Ericus, Anglos, 985.
Slavos & Curlandos tentat subjugare: Quo regnante potens Ascoman-
norum classis ex Scondia progrediens, Oceani diu accolæ infestat.
- DCCCCLXXXVI. Ericus ab Ottone III. victus Imperatore, 986.
pacem suscipit, & Christianam deinceps fidem, miraculo Popponis com-
morus, baptismo in undis percepto Islesiordensibus.
- Exploratio veritatis in causâ dubia per ferri gestationem canden-
tis, apud Scondios inducitur, usu monomachia antiquato.
- S. Poppo, III. evadit Slesvicensium Antistes.
- DCCCCLXXXVII. Suum Cæsar jus in Ecclesiam Slesvicensem, 987.
Ripensem, Arhusiensem & Ottoniensem, Daniæ, omne impertit. Bremensi
Archiepiscopo.
- DCCCCLXXXVIII. Scondiæ Metropolitanus Adaldagus, finem 988.
vivendi nactus, Cathedram tradidit Libentio.
- Ericus Scondiæ Monarcha persuasus ab Haquino Noricorum
Prorege, supersedit impugnatione Islandorum.
- DCCCCXCI. Scondii victores Anglorum effecti, primum ab 991.
iis levant tributum.
- DCCCCXCII. Rex Ericus furore gentilium in Dania, licet apo- 992.
stasiam simularet, occubuit, & filius in Sueciam Olaus profugit.
- Suenotto ex novennali apud Irlandos exilio, à Danis revocatus,
idololatriam restaurat, circa eundem.
- Similiter inde Olaus Turgotius in Norvegiam regressus, ipsam R. N. 55.
subjugat, Haquino jugulato.
- Alterum verò æmulum regni Haraldum, S. Olai parentem, co-
git in Suecia refugium captare, ubi dolo conflagravit.
- DCCCCXCIII. Olaus Erici filius, armis Danos ad obedientiam 993.
eompulit. R.S.&D.
67. 82.
- Sed Olaus Norvegiæ rex, quibusdam connubii pactis hostem
placavit, sceptrum ita retinens
- Circa DCCCCXCIV. Patriâ Suenotto iterum extorris, & nec 994.
in Norvegia, nec Anglia susceptus hospitio, in Scotiam secessit.

995. Circa DCCCCXCV. Olaus Sueciæ, Daniæque, & Olaus Norvegiæ, Reges, datis per baptismi susceptionem Christo nominibus, religionis in Scandia Christianæ fideliter invigilant deinceps propagationi.
Norvegus condidit urbem Ecclesiamque primus Nidrosienses. Corpora Sanctorum in Selio miraculis produntur, & portio illorum in ara collocatur Nidrosiensi.
Primi Norvegiæ præfules, Johannes & Sigvardus, natione Angli, florent.
996. DCCCCXCVI. Rex Olaus in Selio Norvegiæ construit Ecclesiam, & corpus in ea B. Sunivæ decenter collocat.
Stephnerus Islandorum plurimos ad Christum sua pertraxit prædicatione.
Svenotto in gratiam cum Christo reversus, fraude Norvegum à conjugio sevocat Suetico, ut potitus ipso, Danicum recuperet.
Ita Olaus delusus, sponsam repudiat, & spaciosam suo parat infortunio viam.
997. Circa DCCCCXCVII. Suenotto repudiatam expetit Sueci matrem, & cum ipsa sceptrum Daniæ obtinet, privigni beneficio.
Norvegus dolum dolo compensaturus, promissam sibi filiam Suenonis, & alteri nuptam, à marito in Norvegiam seduxit.
Tangbrandus presbyter, Islandorum conversioni gnaviter incumbit.
998. DCCCCXCVIII. Ferogienses Christo nomina dederunt universi.
Circa eundem Olaus, Sueciæ Rex Christianissimus, Estridem Boleslai filiam Ducis Polonici, uxorem duxit.
999. Circa DCCCCXCIX. Suecus & Danus sacrum pangunt fœdus, de fidei propagatione Christianæ, extra intraque Scandiam maturanda.
Circa eundem, Vestrogothia Sueciæ, Christianis deputatur inhabitanda, & Scara metropolis evadit.
Gronlandi ferme omnes, cultu Idolorum proculcato & extirpato, se Christo manciparunt.
1000. M. Norvegus à Sueco & Dano, veteres ulciscens injurias, R. N. 56. conflictu victus navali, profugit in Syriam, ubi monachus evadit, & regnum victores diviserunt.
57. 58. Quando S. Olaus in Normanniam profectus, Rotomagi sacris initiatur Christianis, Gilbertus antea dictus.
Omnis quoque Islandia Christum profitetur.
Gothiæ regnum Olaus in provinciam redigit, perpetim Sueciæ subjiciendam.
1001. MI. Scondii Anglos sibi reddiderunt vestigiales.
1002. Anno MII. Illud excussurus jugum rex Edelredus, ingentem Scondiorum edidit fraudulenter stragem.
1003. MIII. Propterea Danus, auxilio Sueci privigni, Anglum bello impetit, per sequens continuato decennium, cui S. Olaus interfuit.
1006. MVI. Monomachiæ usus, in rebus controversis, apud Islandos abrogatur.
1010. MX. Juthia in binas solum Episcopas dividitur, cessante Arhusiensi.
Circa eundem, Gerbrandus, Sielandis & Scanis Asmundus Suecis, ac Sivardus Norvegis, Christum annunciant.
1011. MXI. Ericus Prorex Norvegiæ, in Angliam Suenottoni adducit exercitum.
Quo absente, S. Olaus frustra conatus est regnum occupare Noricum.
1012. MXII. S. Olaus mortem vindicaturus paternam, accolas populatur Meleri Suecicos; Byrcam & Sigtoniam devastat.

Torrens Stockholmiæ australis, primum cœpit exordium.

Circa eundem Gerbrandus primus Roschildensis Antistes Ecclesiæ, modò fundatæ.

MXII. Totâ propemodum Angliâ Suenotto pōitur.

1013.

Ex Scandia illic S. Olaus reversus, ad Edelredi se contulit militiam.

Cathedram Unvannus Bremensem ascendit, morte vacuam Libentii.

MXIV. Suenotto prodigiosis in Anglia fati occumbit.

1014.

Canutus, Suenottonis filius, sceptrum Angliæ & Daniæ capescit. R. D. 83.

Ericus Jerl, Prorex Norvegiæ, in Anglicana moriens militia, R. N. 59: filio linquit provinciam Haquino.

MXV. Canutus insignem ex Suecia Daniaque nactus exercitum,

1015.

Anglos feliciter impugnat rebelles.

Episcopatus hoc tempore in Vestrogothia Scarenfis instituitur, & Turgothus Antistes in eo primus, uxorem & liberos Regis sacro abluit flumine.

Per hoc tempus Ostrogothia Scarenfi subditur Episcopo.

Esico IV. Episcopus Slesvicensis.

Circa MXVI. Jaroslavus Novogardiæ princeps, fit gener Olai regis Suecici.

1016.

Militiâ S. Olaus Anglicana perfunctus, in Norvegiam convertit arma, quam occupavit. R. N. 61.

Circa MXVII. B. Olaus Suecum regno inhiantem Norico, ductâ in matrimonium filiâ illius, mitigavit.

1017.

Itâ liberatus hostibus, indefessam dat operam Christiano dogmati propagando, ipsemet etiam agens Apostolum.

Canutus rex Daniæ, acceptâ in uxorem vidua Edalredi, pacat Anglos; sed privignos ablegat in Sueciam perdendos.

Othincarus junior, Philosophiæ vacat in Anglia studiis, â rege illuc vocatus cognato.

MXIX. Canutus ille magnus Daniæ, Angliæque monarcha, Scandiam invisit, Norvegiam S. Olao permittens, quod esset affinis.

1019.

Circa MXX. Canutus ex Anglia in Daniam ablegavit Regnerum, Ottoniensis; in Norvegiam, Grimchilum Nidrosiensis; Rodolphum Aslogensis, Episcopos Ecclesiarum.

1020.

Sed in Suetiam B. Sigfridus cum Vinemanno, Unamanno & Sunamanno, expeditus, Wexionensem in Gothia orditur australi Ecclesiam, Gelbogensè in Verendia cœnobium â Cluniacensibus inchoatur.

Denarius S. Petro â Suecis & Gothis promittitur quotannis solvendus, Romamque mittendus.

Munchatorpense in Vesmannia Cluniacensium floret asceterium hoc tempore.

MXXI. Bremensis consentit Antistes Anglorum in Scandia prædicationi, quod magis forent idonei quam Saxones, ob Scandicæ linguæ cum Anglicana convenientiam.

1021.

Circa MXXII. Vinamannus, Unamannus & Sunamannus, de Cluniacensium ordine monachi, & collegæ S. Sigfridi, â paganis Verendia martyrio coronantur.

1022.

Circa eundem Othincarus junior, III. evadit Antistes Ripensis. Gronlandi & Feroiensis Dominum agnoscunt regem Norvegiæ.

MXXIII. Richardus Normanniæ Dux, Regum subidio Scandicorum, Carnotensem compefcit principem.

1023.

1024. Fundamenta jecit S. Olaus basilicæ Nidrosiensis.
 R. S. 68. Circa MXXIV. Christianissimus Sueciæ rex Olaus, de mundo
 sublatuſ, ſucceſſorem in throno filium obtinuit Anundum Jacobum.
 Norvegus à Dano impugnatus, Regis ope Suetici & quodam
 ſtratagemate, hoſtem profligavit.
1025. MXXV. Norvegi largitionibus ſeducti Danicis, pulſo indè S. Olo,
 R. N. 62. Canutum ſuſcipiunt Regem, qui ſuum ibi vicarium conſtituit Haqui-
 63. num Jerl.
 S. David hoc tempore ex Anglia pro Chriſto in Sueciam pere-
 grinatus, Verendenſibus primo Evangelium prædicat, & poſteá Vesman-
 nis, hicque orditur cœnobium Munchatorpenſe.
1026. Circa MXXVI. Valfridum quoque Anglum, quod ſimulacrum
 frangeret Thoronis, gentiles Sueciæ occiderunt.
 Marina Canuti in Dania & Anglia Regis filia, Udoni nubet re-
 gulo Obotritorum.
 Henricus rex Gallia, Annam Jaroslai Georgii Ruſſorum prin-
 cipis filiam, & neptem Olai Regis Sueciæ ſibi matrimonio jungit hoc tempore.
 Quando & Andreas rex Ungariæ in Ruſſia exulit, ſecundam
 Jaroslavi filiam ſibi delegiſſe uxorem dicitur.
 S. Olaus uxore & liberis in Suecia relictis, hinc ad Jaroslavum
 ſe contulit Ruſſiæ principem.
 Haquinus Norvegiæ Prorex, ex Anglia cum nova velificans
 nupta, tempeſtate, undiſque obruitur.
1027. Anno MXXVII. S. Olaus ad gubernaculum revocatus Norvegicum,
 ſe accingit reverſioni.
1028. MXXVIII. S. Olaus in Norvegiam cum modico reſreſſus exerci-
 tu, à Dani cæditur ſectatoribus, XXIX Auguſti.
 Haraldus S. Olai frater, in Græciam ſeceſſit, ubi non paucis mi-
 litans annis, inſignem fortitudinis laudem, & divitias acquiſivit ingentes.
 Cæterum Sueno Canuti filius, orbo potitus throno, magnopere
 R. N. 64. Norvegos cruciavit.
 Circa eundem Torchillus Nidrosienſis IV. Epicoſus.
1029. MXXIX. Unvannum Bremæ mors abſtulit, & Libentius II. inſu-
 lam nanciſcitur.
 Quando etiam Poppo, ille thaumaturgus, ibidem mundo vale-
 dixit, & cathedræ prius Sleviceniſi.
1030. Circa MXXX. Gotſcalcus poſt obitum Turgoti, Scarenſibus
 aſſignatur II. Antiftes.
1031. Anno MXXXI. Scandia Præſules Bremam vocati, Archiepiſco-
 po ſubjectionis præſtant juramentum.
 Circa eundem Auocoſeu Achatius, II. Epicoſus Roſchildenſis.
 Canutus Dania & Angliæ Rex, votivam ſuſcipit peregrinatio-
 nem in Latium.
 In reditu filiam deſpondet Conradi filio Imperatoris.
1032. MXXXII. Inſula donatur Bremenſi Hermannus.
 Circa eundem B. Halvardus S. Olai conſobrinus, apud Norvegos
 inſigni floret ſanctimoniâ.
 Quâ ibidem conſpicuus quoque vixit quidam B. Enevaldus.
 In Suecia Ericus profelytus, Chriſti profudit cauſâ ſanguinem.
1033. Circa MXXXIII. Tryggo filius Olai Tryggotii dominium aſ-
 ſectans Norvegiæ trucidatur.
 Scondii Regnum in Sicilia præpotens auſpicantur.

- MXXXIV. Scondiorum & Nordalbingorum Archiepiscopus evadit Alebrandus. 1034.
 Norvegi Danicum pertæsi dominium, per legatos sceptrum exuli deferunt Magno S. Olai filio. 1035.
 MXXXV. Magnus Suecis & Ruffis stipatus, Suenonem regno R. N. 65. exuit Norico.
 Canutus rex Angliæ & Daniæ, filiam elocat Cæsaris filio.
 Canutus inter filios regna dividens, Angliam Haraldo, & Dani- R. D. 84. am Canuto assignat.
 MXXXVI. Canutus debito naturæ persoluto, Vintoniæ sepelitur. 1036.
 Verum Sueno filius, profugus ex Norvegia rex, in Dania mortem obivit.
 MXXXVII. Canutus, Daniæ rex, Magno Norvegiam frustra co- 1037.
 natur subducere.
 MXXXVIII. Magnus foris hostibus liberatus, necem domi vin- 1038.
 dicat paternam.
 Circa eundem, Rodolphus, V. Slesvicensium Antistes.
 Circa MXXXIX. Collega Ripæ Othincaro Christianus deputatur. 1039.
 MXL. Canutus, Daniæ rex, sceptrum Angliæ capescit. 1040.
 Magnus, parentis inchoaturus B. Olai apotheosin, ossa ipsius
 loculo includit argenteo, circa hoc tempus.
 B. Eschillus in Sueciam hoc prope tempus ex Anglia vocatus, Su-
 dermannis deputatur, temporis progressu, Antistes.
 Raguarus, V. Nidrosiensium Episcopus, circa hoc tempus.
 MXLII. Canutus Daniæ Angliæque rex in fata concessit, & 1042.
 Norvegius ex pacto Danicum suscepit gubernaculum. R. D. 85.
 MXLIII. Cathedram adeptus Bremensem Adalbertus, insignem 1043.
 dedit operam XXX. quibus sedit annis, Ecclesiæ promovendæ Scon-
 dianæ. Nam illo procurante, Sconis, Hallandis, Blekinganis & Borenhol-
 mensibus, Eginio: Helsingis, Medelpadiis, Jemptis, Angermannis, Schifinnis
 & Bothnensibus B. Stephanus; ac Hiltinus Uplandiis, Evangelium præ-
 dicarunt circa hoc tempus.
 Circa eundem, Christianus, successor Othincari, IV. Episcopus Ripensis.
 Circa MXLIV. Magnus Daniæ & Norvegiæ monarcha, foro- 1044.
 rem Ordolpho Vandalorum principi desponsavit Ulfhildem.
 Circa eundem, S. Vilhelmus, III. Roschildensis Præsul.
 MXLV. Magnus, XV. Vandalorum millia, quod Julinensibus 1045.
 opitularentur, cecidit.
 Haraldus Magni patruus, Asiahâ perfunctus militiâ, inque Ruffi-
 am progressus, tertiam Jaroslavi ducit filiam, & Olai neptem regis Suecici.
 Circa eundem, Jareldus, V. præsul Ripensis.
 MXLVI. Magnus non modicam Norvegiæ portionem Haral- 1047.
 do concessit patruo.
 MXLVIII. Sueno Ulphonius, Daniam subdere conatus, indè 1048.
 armis Magni expellitur.
 Magnus in agone mortis constitutus, Daniam tamen Suenoni, R. D 86.
 & Norvegiam Haraldo, quod sine liberis moreretur, delegavit. R. N. 66.
 Sueno diadema consecutus Danicum, in Suecia procatur, &
 conjugem obtinet Gudam regis Anundi filiam, hoc tempore.
 MXLIX. Sueno Gudam, velut propinquo nimium sanguine jun- 1049.
 ctam, cogitur repudiare.
 ML. Norvegius Daniæ inhians, Jutiam devastat, & quantocius 1050.
 remeat, Dano insequente.

- In plebiscito Islandorum, politico jus præfertur Ecclesiasticum.
Hoc tempore B. Sigfridus terram cælo permutavit, XV. Februarii.
Nicolaus, II. Vexionensis Antistes.
Circa eundem, Valdemarus, VI. Ripensium Episcopus.
1051. MLI. Celeberrimum Sueciæ Regem Anundum Iacobum mors abripuit.
R. S. 69. Amundus, cognomento Annosus, Jacobi patruus, vel frater nothus,
Rex à Sueonibus salutatur.
Circa eundem, Omundus, III. Episcopus Scarensis, & primus Sue-
ciæ Archipræsul.
1052. Circa MLII. Veniens in Sueciam B. Adalvardus, & Omundo pro-
curante, repulsam patiens, Bremam regreditur.
Circa hoc prope tempus opulentissimum antiquissimumque Sueciæ
emporium, passa est excidium.
1053. Circa MLIII. Amundus regionem impugnans Amazonum, filium
cum toto amittit exercitu.
1045. Circa MLIV. Sueones à Deo ob repulsam sat multati Adalvar-
dum, ipsius flagitant reditum.
Islandi & Gronlandi ab Adalberto flagitant prædicatores.
1055. Circa MLV. S. Adalvardus in Sueciam proindè remissus, IV.
evadit Antistes Scarensis; Sed comes Stephanus Helsingiæ Apostolus; Is-
landis Johannes; Gronlandis Albertus, & Orcadensibus Turoolphus, or-
dinantur Episcopi.
Infulas Pontifex Romanus Orcadenses, Ecclesiæ modo subdidit Bremensi.
Husbycense in Vestrogothia conditur Benedictinis monasterium
hoc tempore.
S. Bothuidus in Anglia negotians hoc tempore, Christo nomen
dederat, domumque reversus, non paucos Sudermannorum converterat.
1056. MLVI. Islandi postulant Romæ indigenam Episcopum.
Gude Regina Daniæ cœnobium condidit in Vestrogothia Gudhe-
mense, hoc circa mundi tempus.
1057. MLVII. Islevus, natione Islandus, Bremæ consecratur Episcopus.
1058. MLVIII. Scalholtensis in Islandia fundatur Episcopatus.
Haraldum Norvegiæ Tyrannum Præsul Bremensis, ceu crudelem
schismaticum, & artibus deditum magicis accusans, contemnitur.
1059. MLIX. Haraldus civitatem in Norvegia condidit Aslogensem
hoc tempore.
1060. MLX. Vandali Jutiam populantur.
Circa eundem, Amundus Sueciæ rex, mortis succubuit imperio.
R. S. 70. Stenchillus cognatus, merito thronum Sueciæ mox conscendit.
Eschilstunense in Sudermannia Cluniacenses hoc tempore inha-
bitant cœnobium.
Gude regina veneno per Suenonis concubinam propinato, mori-
tur hoc tempore.
Ketillus, VI. Episcopus Nidrosiensis, ut reor.
Asgauterus, I. Antistes Aslogensis.
1061. Circa MLXI. Haraldus, Orcadenses & Islandos, consuetum Nor-
vegiæ jugum detrectantes, ferro perdomuit.
1062. Circa MLXII. S. Adalvardus Gothiæ Antistes in Norvegiam
accitus, stupendum edidit miraculum.
Sigvardus, VI. Episcopus Slesvicensis.
1063. Circa MLXIII. Norvegus ab Alexandro II. Romano Pontifice
frustra vitæ admonetur emendandæ, & obedientiæ Præfuli Bremensi præstandæ.
Idem

Idem cum Dano conflictum habens navalem, victor evadit, circa eundem.

Upsalensium unus flaminum cœlitus occæcatus, & agnito errore, divinitus corpore menteque illuminatus, Christum Suecis ferventer prædicavit hoc tempore.

Circa MLXIV. Expeditus Bremâ junior Adalvardus, primus & ultimus evadit Antistes Sigtunensis in Sueonia. 1064.

Circa eundem verum, Scaræ moriens Vestrogothicæ B. Adalvardus senior, Acelinum consequitur successorem, & V. ibi Episcopum. Sigtoniæ domicilium Benedictini obtinent hoc tempore.

Circa eundem, Magnus à parente missus Rege Danorum Suenone Romam, ut diadema ibi susciperet, in via prius demoritur.

Circa MLXV. Haraldus Norvegiæ, & Sueno Daniæ, Reges gloriosi, bellis fatigati diuturnis, perpetuæ subscribunt concordiæ. 1065.

Sueno gratiam Deo pacis auctori relaturus, Arhusiensem instaurat Cathedralam; & Viborgensem, Borglamensem, Lundensem & Dalbygensem, novas condidit.

Circa eundem, Rodolphus, VII. præful Slesvicensis.

Oddo, VII. Ripensis.

Christianus, II. Arhusiensis.

Egino, I. Lundensis.

Henricus, primus & postremus Dalbygenensis.

Heribertus, I. Viborgensis.

Magnus, I. Borglamensis.

Scondiæ Reges tacitam machinantur ab Ecclesia Bremensi defectionem, proprios desiderando Archiepiscopos hoc tempore.

MLXVI. Norvegus in Anglia belligerans, gladio hostis occumbit. 1066.

Normannus, Scondicus potius quam Gallicus, victor, Angliæ per se & posteros hinc multis seculis dominatur.

Circa eundem, Eschillus, II. in Dania præful Viborgensis.

Albertus, II. Borglamensis.

Circa MLXVII. Adalvardus Sigtoniam deserens, Scaræ fit VI. Antistes. 1067.

Norvegi funus in patriam relatum, conditur Nidrosiæ.

Olaus & Magnus filii, Norvegico admovent dexteras gubernaculo. R. N. 67.

Clarissimus Sueciæ rex Stenchillus, vitam morte commutavit. 68.

Ericus, natus, vel cognatus, sceptro potitus, ita æmulum aggredditur, ut cum ipso, multisque hominum millibus occumberet. R. S. 71.

Ethnici victoriam, non tamen incruentam, adepti, per hujus reliquum seculi curriculum, Christianos Sueciæ graviter tribularunt.

Interim Amundus rex electus, quod nollet idolis sacrificare, throno privatur. R. S. 72.

Halstanus, Stenchilli filius subrogatus, eandem ob causam exauguratur. R. S. 73.

Amundus, iterum rex salutatus, & tamen idola non veneratus, regno exturbatur.

Tandem Haquinus, Rode appellatus, sceptro fuit decoratus. R. S. 74.

Tempore persecutionis, nullo in Suecia Episcopo existente, præful Sconorum Egino, Gothos, & Gniphius Uplandorum satrapa, Suecos, in fide confortarunt.

Nam Adalvardus Bremam circa eundem fuit revocatus, & multatus, quod Scarensem sibi vendicasset infulam.

MLXVIII. Danus generum adeptus Norvegum, regnum cessat ipse ambire. 1068.

1069. Circa eundem, Sueno, III. Antistes Wiborgenfis.
MLXIX. Suum Sueno jus in Angliam, bello prosequitur.
Cum Henrico Imperatore fœdus pangit in Saxones, quoque inimicos.
1070. MLXX. Olus monarchiam nanciscitur Norvegiæ, Germano vivis excedente.
1072. MLXXII. Mors Adalbertum Nordalbingiæ & Scondiæ Metropolitanam abstulit, cui submissus fuit Liemarus.
Nec eadem pepercit Eginoni Scanorum Præfuli, licet vitæ sancti-
moniam conspicuo.
Sicut neque Eilberto Antistiti Ottoniensium.
Circa eundem, Richvaldus, II. Episcopus in Sconia Lundensis.
Gunnerus, VIII. Slesvicensis.
Tadico, VII. Scarenfis.
S. Eschillus, I. Sudermanniæ seu Forfensis hoc fit tempore Antistes.
Isto ævi spacio labentis, B. Sebaldus Norimbergæ signis inclarescit prodigiosè.
1073. MLXXIII. Danus conjunctis cum Imperatore armis, Saxones impugnat.
1074. MLXXIV. Inclytus Danorum rex Sueno de vita migravit.
Religiosissimus quoque Roschildensium Antistes S. Vilhelmus.
1075. Circa MLXXV. Sueno Roschildensem occupat Cathedram, IV. in ordine Antistes.
1076. Circa MLXXVI. Emporium in Norvegia conditur Bergense.
S. Bothvidus à famulo trucidatus Slavo, XXVIII. Julii, miraculis coruscat, in Ecclesia Slem sepultus, & inde post translatus.
1077. MLXXVII. Haraldus Suenonis primogenitus, Daniæ consequitur dominium.
R. D. 87.
1078. Circa eundem, Magnus. I. Bergensium in Norvegia Episcopus.
Circa MLXXVIII. Danus abrogat usum in judiciis ferri candentis.
1079. Circa MLXXIX. Rerum in Suecia potiens Ingo, Halstani frater, omnem fertur Upsaliæ idololatriam, radicitus extirpassè. Propterea regno exutus, profugit in Sconiam, ubi hostium insidiis perimitur.
R. S. 75.
- R. S. 76. Circa eundem, Sueno idololatra rex proclamatus, Stregnesiæ idolomaniam instauravit.
Tolpherus, II. Aflogensium præful in Norvegia.
1080. Circa MLXXX. S. Eschillus verbis & signis impietatis arguens Stregnesiæ idololatrias, ab iis necatur XI. Junii.
R. D. 88.
- Canutus, alter Suenonis filius, integerrimus princeps, regnum Daniæ nactus, Ecclesiam S. Albano exstruit Ottoniæ.
Norvegus, Bergæ templi fundamenta jecit Cathedralis hoc tempore.
Circa eundem. Sigvardus, VII. Nidrosiensium Antistes.
1081. MLXXXI. Gyfferus, III. Scalholtensis Episcopus, Moguntia, non Bremæ inauguratur.
1082. MLXXXII. Basilicæ structura Roschildensis, ad fastigium perducitur.
1083. Anno MLXXXIII. Canutus rex, augustiorem Lundia molitur Ecclesiam, quam avus & pater.
R. S. 77.
- Circa eundem, Philippus Halstano genitus, Suecis Gothisque summa cum laude dominatur.

- Circa MLXXXV. Danus novem fundat Lundiaë Canonica Sa- 1085.
cerdotia, & Præfules in Senatum regni adoptat.
Sigvardus, III. Episcopus Wexionensis hoc ævo.
- MLXXXVI. Canutus Rex Flandrici Comitis auxilio foci An- 1086.
gliam subjugaturus, cognitis insidiis domesticis, expeditione supersedit,
& captum tradit fratrem Olauum Flandro custodiendum.
Albertus Slesvicensium IX. Antistes.
Henricus, VIII. Ripensis
Henricus, III. Borglomensis.
- MLXXXVII. Juti decimarum solutioni reluctantes, Canutum 1887.
regem, Ottoniaë crudeliter, quod eas imperaret, II. Julii peremerunt.
In Flandriam Regina cum filio profugit Carolo; sed filia nup-
serunt Folchungis, Sueonum nobilissimis.
Olaus libertati restitutus & patriæ, Danicum obtinuit gubernaculum. R. D. 89.
Frater porrò Ericus in Suecia delitescens, novo dat operam conjugio.
Afferus, V. Roschildensis Antistes.
- Circa MLXXXV. II. Scarenfis in Westrogothia VIII. præful 1088.
Asmundus sedit.
- MLXXXIX. Olaus Norvegiæ rex capulo sceptrum commutavit, 1089.
quod Magnus acceptat filius. R. N. 70.
- Circa eundem, Ingo autem Philippi filius Sueonibus imperat, qui R. S. 78.
Christinam ex B. Ragnilde susceptam Jaroslavo Principi elocavit Ula-
dimiriensium.
- Ragnildis Telgæ humata non paucis fulsit miraculis, & Ingo al-
teram duxit conjugem Helenam, Ragvaldi & Margaretæ parentem.
- MXC. Vidua S. Canuti regis, Rogerio nupsit Apuliaë & Cala- 1090.
briaë Duci, cui filium genuit Vilhelmum.
- Circa MXCI. Bernhardus, III. præful Aslogensis. 1091.
MXCII. Norvegus utramque fuit populatus Hallandiam. 1092.
Circa MXCIV. Otherus, II. Episcopus in Norvegia Bergensis. 1094.
MXCV. Norvegus Orcadenses & Sudorenses armis domitos, 1095.
tradit filio regendos.
- Quando Scotus marte compulsus, occiduas regni sui insulas
Norvegiæ subdidit.
- Olaus Daniaë Rex morte sublatus, thronum linquit fratri Erico, R. D. 90.
â Sueonibus redeunti.
- MXCVI. Ottoniaë funus S. Canuti regis, augustiori conditur 1096.
tumulo.
- Johannes, IV. Wexionensis Episcopus fit, quo mortuo, diœce-
fis subditur Scarenfi, & postea Lincopenfi, circa hoc tempus.
- MXCVII. Danus Julinenses crudeliter admodum perdomuit. 1097.
Tyrannide & libidine offensus Regis Danici, Præful Bremensis,
execrationem interminatur.
- Islandi consentiunt pensioni decimarum.
- Circa MXCVIII. Ericus rex ad Romanum provocans tribunal, 1098.
& ibi comparens, se excusat, & adversarium incusat, impetratque pro-
missum, Daniaë â jugo Bremensi liberandæ.
- Norvegus Vermelandiam Sueco ereptam suo firmat præsidio,
circa hoc tempus.
- Arildus, VI. Roschildensis Antistes.
- MXCIX. Magnus & Ingo reconciliantur, Dano arbitro, ita quod 1099.
Suecus Vermelandiâ recuperata, filiam Norvego esset elocaturus.

1100. Afferus, III. præful in Sconia Lundensis.
 MC. Irlandos bello victor infestat Norvegus.
 Christina Ingonis filia, Jaroslavo nupta principi Russorum, In-
 geburgem, Malfredem, & tertiam illi genuit hæcenus filias, circa hoc
 tempus.
 Danus Ottoniæ apotheosin fratris celebrat S. Canuti.
 Hubaldus, III. Ottoniensium Episcopus, circa eundem.
 Sivardus, III. Nidrosiensis.
 Gudmundus, I. Farogensis.
1101. MCI. Liemarum, ex Bremensibus Archipræfulibus Scandiorum
 postremus, demoritur.
- R. N. 71. Magnus rex Norvegiæ, infidiis occumbit Irlandorum, & Oste-
 & 72. no Sivardoque filiis sceptrum regni commendat.
 Severinus fuit hoc tempore Antistes I Upsalensis,
 Richardus, I. Lincopensis.
 Stenfinderus, IX. Scarensis.
1102. Circa MCII. Vilchildus, III. Arhusiæ in Dania Episcopus.
 1104. MCIV. Danus crimina expiaturus, Hierosolymam peregrinatur.
 Botildis regina comes itineris, vitæ ibi totius terminans pere-
 grinationem, in valle tumulatur Josaphatica.
 Circa eundem, Aslacus, IV. Antistes in Norvegia Aslogensis.
1105. MCV. Ericus Danorum Rex à sancto rediens sepulchro, vitâ
 in Cypro defungitur.
1106. MCVI. Nascitur Suentoslava, aliquot in Sconia Regum suc-
 cessivè conjux.
 Paschalis II. Daniam & Norvegiam à Bremensium liberans Præ-
 fulum obedientiâ, Afferum ipsis Lundia constituit Archiepiscopum.
 Holensis apud Irlandos fundatur Episcopatus.
 Jonas I. ibi ordinatur Antistes.
1107. MCVII. Nicolaus, Erici frater, minus æquè sceptrum sibi ven-
 dicat Danicum.
1112. Circa MCXII. Rodolvardus X. Scarensis in Vestrogothia Epi-
 scopus.
1114. MCXIV. Danus Ottoniæ cœnobium construxit Benedictinis.
 1115. Circa MCXV. Gerhardus V. Aslogensis in Norvegia præful.
 Circa eundem, Sivardus Norvegiæ rex, cum LX. navium clas-
 se triennem suscipit peregrinationem.
1116. Circa MCXVI. Frater Sivardi Ostenus, Jemptiam Norvegis
 acquisivit.
 Insigne Benedictinis; idem Bergæ condidit monasterium, hoc
 tempore.
1117. MCXVII. Pontifex Dano gratulatur, ob fundationem cœnobii
 Ottoniensis.
1118. Circa MCXVIII. Sivardus Norvegus in Europa passim, &
 Asia triumphis ornatus, Hierosolymæ crucis frusto Dominicæ donatur.
 Torlacus, IV. Episcopus Scalholtenensis.
1119. Circa MCXIX. Sivardus peregre reversus domum, non pa-
 rum negotii facessit Osteno fratri.
 Almus, Ungariæ rex, fit gener Jaroslavi Russi, & progener
 Ingonis Sueonum regis, circa hoc tempus.
1120. MCXX. Cælibatus Scandiæ Clero, ex decreto Concilii Rhemen-
 sis frustra inculcatur.

- Nicolaus, II. præful Upsalensis circa hoc tempus.
 Circa MCXXI. Sivardus, Osteno fratre vitam claudente, monarcha evadit Norvegiæ. 1121.
- S. Jonas Holensium Episcopus, beatam Creatori animam reddidit.
 Circa eundem, Adalbriftus, IX. præful Nidrosiensis.
 MCXXII. Ketillus II. Holensium apud Islandos Antistes. 1122.
 Cadit in bello Jaroslavus, & Christina patriam repetit cum filiabus binis, quarum una Malfredis, inde nupsit Sivardo Norvegiæ Regi.
 Circa MCXXIII. Haraldus, portato citra nocumentum ferro candente, fratrem se probat esse Regis Norvegici. 1123.
 Consummata Lundensis modò basilica, per Asserum inauguratur.
 Martinus, II. Farogiæ Antistes.
 Circa MCXXIV. Christina Jaroslavi vidua, cum Erico Jedvardi, Sueonum illustrissimo, secundas adit nuptias. 1124.
 MCXXV. Ricolphus, XI. præful Scarenfis. 1125.
 Circa MCXXVI. Colerus, VI. Episcopus Aslogensis. 1126.
 Anno MCXXVII. Carolus S. Canuti Regis filius, in Flandria nefario ausu læditur. 1127.
 Arnolphus, Folchonis Suecici filius principis, avunculo in Flandria subrogatur.
 In Norvegia Sivardus naturali sublatus morte, Magno sceptrum R. N. 73. filio transmittit, circa hoc tempus.
 MCXXVII. Magnus Nicolai regis Danici filius, cum Suento-flava Poloni filia, matrimonium solenniter contrahit. 1128.
 Ingo Sueonum rex, Wretense in Ostrogothia cœpit moliri cœnobium hoc tempore.
 Circa MCXXIX. Ferali poculento rex Ingo clarissimus, interiit. Ostrogothi, necis suspecti, Suercherum sibi dominum elegerunt. 1129.
 Sed Vestrogothi, Sueonesque, Ragvaldum Ingone natum, corona donarunt. R. S. 79
 Circa eundem, Petrus, VII. Roschildensis Episcopus.
 Ingeburgis, Jaroslavi & Christinæ filia, fit conjux S. Canuti Ducis, & mater deinceps Valdemari I. Regis Daniæ Christinæque, Magno Norvegiæ regi nuptæ, cui genuit Sophiam, Carolo Regi Sueciæ copulatam, Norvegiæ regi nuptæ, cui genuit Sophiam, Carolo Regi Sueciæ copulatam.
 Circa MCXXX. Margareta, Danorum Regina, fatis concessit, & rex Nicolaus, sponsâ privatus Alvildâ, per Gothiæ regem, indignatur. 1130.
 Circa eundem, Magnus Norvegiæ rex cum patruo Haraldo accipite belligerat fortuna de imperio. R. N. 74
 Sueno, III. Antistes Upsalensis, circa hoc tempus.
 MCXXXI. S. Canutus, Rex Obotritorum, & Dux Slevicenfium, â Magno patruale per summum scelus trucidatur, VII. Januarii. 1131.
 Magnus ideò proscriptus, in Vestrogothia captat refugium, cujus & rex designatur.
 Circa eundem, Haraldus Norvegiæ Rex, capto Magno regni æmulo, oculos eruit in cœnobiumque trudit.
 Fundatur Ecclesia hoc tempore Stregnensis, & reliquiæ S. Eschilli ad ipsam Eschilstunio transferuntur, VI. Octobris die.
 Circa eundem, Gerderus, II. Sudermanniæ, & Stregnensis I. Antistes, cum annis XL. Cathedra vacasset.
 Circa MCXXXII. Ragvaldus Sueciæ rex, Vestrogothiam armis recuperaturus, ab incolis prosternitur rebellibus. 1132.
 Magnus victor etiam â Sueonibus Rex salutatur, quod Ingonis foret nepos, circa eundem. R. S. 80

- Ordo Præmonstratensium in Scandia suscipitur.
 Circa eundem Simon X. Præful Nidrosiensis.
1133. Circa MCXXXIII. Haraldus rex Norvegiæ, infidiis oppressus nocturnis, confoditur.
- R. N. 75. In throno succedere paternò, Sivardus, Ingo & Ostenus, fororiorum habentes Birgerum, Sueciæ Ducem.
 76. & 77. Petrus, VII. Præful Aslogensis, circa hoc tempus.
1134. Circa MCXXXIV. Magnus Cæcus, quondam Norvegiæ Dominus, cœnobio egressus sceptrum captat.
 Circa eundem, Magnus, Sueciæ moderator, famosos & ponderosos Thoronis abstulit malleos.
 Amelia vel Amelin regis vidua forte Ragvaldi, à Nicloto rege Obotritorum ducitur.
 Magnus, V. Antistes Scaltholtensis.
 MCXXXV. Danos ob eadem Canuti ducis rebellantes, Nicolaus Daniae, & Magnus Sueciæ, Reges, aggressi, occubuerunt, cum plurimis sectatorum.
 Boleslaus Crivoustus, Poloniae Rex, generi necem Magni vindicaturus, Daniam populatur.
 Tordo, IX. Ripensis Episcopus.
 Elocus, IV. Arhusiensis.
 Henricus, XII. Scarenensis, circa eundem.
1136. MCXXXVI. Ericus S. Canuti frater, thronum Daniae occupat, & de fratre Haraldo; Roschildensi Episcopo; Rugianis & Norvegis triumphat.
 Eschillus, VIII. Præful Roschildensis.
 Notellus, IX. Episcopus Ripensis.
1137. Circa MCXXXVII. Rodius, III. Farogiensium Antistes.
 Sigvardus, III. Bergensis
1138. Circa MCXXXVIII. Svercherus dominium simul acquisivit R. S. 81. Suecorum.
 Afferus Daniae & Norvegiæ Archipræful obiit, & Eschillus infulam nanciscitur, circa hoc tempus.
 Afferus, X. Præful Ripensis.
 Hermannus, IV. Ottoniensis.
1139. Circa MCXXXIX. Ericus Daniae Tyrannus occiditur, & non melior succedit Ericus alter.
 Richo, IX. Episcopus Roschildensis.
 Ivarus, XI. Nidrosiensis.
1140. Circa MCXL. Helena, prænobilis Vestrogothiæ heroina, insons jugulatur XXX. Julii.
 Circa eundem, Herevadense in Dania, & Alvastrense in Ostrogothiæ, consurgunt monasteria.
 Gislo, II. Antistes Lincopensis.
 Ricolphus, V. Ottoniensis.
 Sueno, V. Arhusiensis.
 Ormerus, IV. Feroiensis.
1141. Circa MCXLI. Regina Sueciæ, Alvilda, mundo, & marito valedixit, qui Suentoslavam Magni regis viduam postea duxit.
 Magnus Cæcus ope Danorum impugnans Norvegiam, occiditur circa hoc tempus.
 B. Claudius, Arhusiæ miraculis coruscat.
 Ecclesia Sueonum adhuc Bremensi auscultans Antistiti, Legatum ibi habet Sivardum, IV. Upsaliæ Præfulem.

- Circa MCXLII. Rex Noricorum Ingo, fratrem sibi fruentem infidias, trucidavit Sivardum. 1142.
- Elias, XI. Ripensis Episcopus, circa eundem. 1143.
- Circa MCXLIII. Hermannus X. Præful Roschildensis. 1144.
- MCXLIV. Ericus Daniæ Rex, monasticen profitetur Ottoniæ. 1144.
- Sueno diadema nactus Danicum, Canutum persequitur bello æmulum, circa eundem. R. D. 94.
- Ripense, Augustinianorum, & Novevallense Benedictinorum, fabricantur cœnobia, circa eundem.
- Hermannus, Slesvicensium XI. Episcopus.
- Circa MCXLV. Oftenus fratrum vindicando interitum, cæsus, signis enituit. 1145.
- Haquinus Sivardo genitus, patris occasum pergit ulcisci, patrum oppugnans Ingonem, circa hoc tempus. R. N. 78.
- Eschillus, II. Daniæ Archipræful, Ecclesiam ornavit Lundensem non paucis beneficiis hoc tempore.
- Circa MCXLVI. Haquinum Ingo, ex Norvegia in Sueciam fugavit. 1146.
- Circa eundem Reidarus, XII. Antistes Nidrosiensis.
- MCXLVII. Ericus olim rex Daniæ, in cucullo moritur. 1147.
- Biorno, III. Episcopus Hølenensis.
- Circa MCXLVIII. Carolus, Suercheri filius, ad confortium regni Suecici permittitur. 1148.
- Guilhelmus, VIII. Præful Aslogensis, circa eundem.
- MCXLIX. Suercherus rex Suecorum, ac Eschillus Danorum Archiepiscopus, Cistercienses flagitant monachos à S. Bernhardo. 1149.
- Quod Danus suum injuriâ affecisset Archipræfulem, Boreholmiâ ipsum, & successores donavit, hoc tempore.
- Petrus ille Duvinus, Uratislaviæ finivit vitæ curriculum.
- Petrus hoc tempore Arosiensium I. Antistes fuit.
- Circa MCL. Sueones abrupto cum Gothis vinculo, Suercherum deferunt, & sceptrum Erico, Ingonis genero porrigunt. 1150.
- Alvastrense in Gothia, Herevadense ac Efrumense in Dania, libenter novos suscipiunt monasteria colonos, à S. Bernhardo missos, circa eundem. R. S. 82.
- Canutus à Suenone Danorum profligatus Rege, foris amicorum implorat auxilium. R. D. 95.
- Circa eundem Afferus, XI. Episcopus Roschildensis.
- Hedvardus, XIII. Scarenensis.
- Circa MCLI. Canutus cum auxiliariis in patriam regressus copiis, iterum debellatur. 1151.
- Sueci & Norvegi, missis Romam legatis, proprios sibi flagitant Archipræfules, circa hoc tempus.
- Suercherus, Gothorum rex, à suo necatus fatellite, Carolo regnum transmittit filio.
- S. Chelianus, IV. Episcopus Viborgensis, terram cœlo feliciter permutavit.
- Circa MCLII. Sueones & Gothi ad pristinam redeuntes unionem fanciunt, ut Ericus regnet inprimis, & postea Carolus, ac ita horum progenies alternatim. 1152.
- Cæsar Suenonem & Canutum, Daniæ Reges, Mersburgi reconciliat.

- Circa eundem, Johannes Suercheri filius Scaniam interea oppugnans, ad arma Danum commovit.
- Nicolaus Cardinalis, mandato Eugenii III. Norvegis Johannem consecrat Nidrosiæ primum Archiepiscopum.
- Hinc in Gothiam progressus, tantam nostratibus dignitatem impertire nequit, quoniam Sueci & Gothi de loco ac persona discordarent.
- Legatus in reditu Lundiam divertens ut Eschillum ob Norvegiæ placaret amissionem, Sueciæ Gothiæque spondet illi primatum.
- Gardenfis in Gronlandia sumpsit initium Episcopa, ac Ericum Præfulem primum.
- Circa eundem Henricus, V. Upsalensis.
- Clainus, VI. Scaltholtenfis.
- Rodolphus, XII. Ripensis.
- Renaldus, I. Stavangrensis.
- Arnoldus, I. Hammarenfis.
1153. MCLIII. Danus, nullo successu Gothiam impugnavit.
- Johannes princeps Gothiæ, velut causâ belli, à plebecula furente occiditur.
- Circa eundem, Haquinus Gothorum fretus armis, Ingone perempto, Norvegiæ capit gubernaculum.
- R. N. 79. Quod ipsi, vitamque Magnus Erlingius extorfit.
- RN. 80. Cui Sivardus Haquini frater se opposuit.
- Anastafius Papa, Nicolai Cardinalis confirmat apud Norvegos statuta.
1154. Nicolaus, IV. Bergenfis Antistes circa hoc tempus.
- Circa MCLIV. Canutus, & Valdemarus, Canuti Ducis filius, regios in Dania honores sibi arrogant, Suenoque sibi timens, regno excedit.
- Magnus, Sivardo obruncato, cunctam Regum Noricorum stirpem neci destinat, quam Suerro evasit, in Feroigiam translatus, circa hoc tempus.
- Circa eundem S. Ericus, Sueciæ Gothiæque Rex, Finnonos armis domitos Christo & suo subdidit imperio.
1155. Circa MCLV. Henricus præsul Upsalensis, Finnonum invigilans conversioni, ab uno illorum necatur XIX. Januarii.
- Norvegi Magno adversantes, Carolo Gothorum principi thronum offerunt, circa eundem.
- Copmannus, VI. præsul Upsalensis, circa hoc tempus.
1156. MCLVI. Nicolaus Albanensis pontifex factus, Lundensi primatum Sueciæ contulit; unde graves utrinque contentiones diu exstiterunt.
- Circa eundem, Magnus Noricorum primus Regum, diademate licentiâ Romani Pontificis redimitur.
- Sueno in Daniam regressus, regni partem obtinuit, & reliquum Canutus ac Waldemarus.
- Ostenus, II. Nidrosiensis Archipræsul circa hoc tempus.
1157. MCLVII. Canutum Sueno cecidit, & Waldemarus infecutus elapsus, ipsemet cæditur.
- R. D. 96. Valdemarus Dantiæ nactus monarchiam, Norvegiæ & Vandaliciæ bellum molitur.
- Absolon, XII. Præsul Roschildensis.
1158. MCLVIII. Danus Norvegiam infestat, & vicissim Norvegius Daniam.
- Jonas, II. Antistes Stavangrensis.
1159. MCLIX. Valdemarus non paucis Noricorum ad se pertractis, Magno formid. bilior evadit.

Visbyenses quædam impetrant privilegia, in emporiis Vandalia negotiandi.

Ocho, XII. Episcopus Slesvicensis hoc tempore.

MCLX. Magnus Ragvaldi nepos, S. Ericum Suecia Regem, non exspectatis opprimens armis, illo capto & caeso XVIII. Maij sceptrum capescit. 1160.

Quod Carolus, Gothia princeps, mox ipsi eripuit, ex pactoq; illud R. S. 83. retinuit.

Circa eundem, Norvegus cum Dano paciscitur, Vichiâ parenti Erlingio in feudum impetratâ.

Valdemarus rex consilio utens Absolonis Episcopi, cum Vandalis & Slavis feliciter belligerat.

Vallum, quod Juthiam & Holfatiam determinat, idem mœnibus roboravit.

B. Claudius Arhusiensis, catalogo Divorum inscribitur.

Bono, IV. Antistes Lincopensis circa hoc tempus.

Storbernus, XIV. Scarenfis.

Circa MCLXI. Sorense in Dania, & Sebygense in Suecia, exstruuntur monasteria. 1161.

Esbernus, XIII. Episcopus Slesvicensis.

Circa MCLXII. Sueones Gothique modò concordés, de persona & loco Archiepiscopali dignis honore, suam Pontifici renovant petitionem. 1162.

Circa eundem, Petrus III. præful Stavangrensis.

Sueno, V. Ferogensis.

MCLXIII. Bremensis Antistes in conventu imperiali frustra Valdemarum compellat Regem, ut se agnosceret primatem. 1163.

Alexander III. Suecis & Gothis Archipræsulem assignat Stephanum, Upsaliam statuens regni Metropolim, & nihilominus Lundensis approbans prærogativam.

Sophia, Danigenita sorore, Carolo Sueonum Regi elocatur hoc tempore.

Cænobium Wretense, colonos ex Suevia, & Sorense ab Esrumensi, obtinuerunt Cistercienses.

Circa eundem, Fridericus, XIV. præful Slesvicensis.

Linus, VI. Ottoniensis.

Brandus, IV. Holensis.

MCLXIV. Helena Schiödvicensis albo Divorum annotatur. 1164.

Alexander III. licentiam Ecclesie Cathedralis transferendæ à nova ad veterem concedit Upsaliam.

Carolus rex ibi prima basilicæ jacet fundamenta ex marmore, & post annos CC. fuit opus consummatum.

Constitutio sancitur, ut liceat morientibus in Suecia sine liberis, Christum ex asse hæredem facere.

Monarcha Danorum Valdemarus, Sueonum & Saxonum ope Pruffis subjugatis, in ostio Vistulæ fundavit propugnaculum Dantzig.

Torstenius, IX. Aslogensium Episcopus, circa eundem.

Circa MCLXV. Princeps Ostenus, armis Sueonum frustra Norvegiam impugnat. 1165. R. N. 81.

Canutus S. Erici filius, Carolum formidans, in Norvegiam profugit hoc tempore.

Cænobium in Jutia Vongense, conditur.

Eschillus, VI. præful Arhusiensis circa eundem.

MCLXVI. Danus auxilio Saxonum, rebelles domat Rugianos. 1166.

Ormerus, II. Antistes in Norvegia Hammarensis, circa eundem.

Circa MCLXVII. sedit Amundus IV. Episcopus Stavangrensis. 1167.

1168. Circa MCLXVIII. Canutus, rege Carolo, & Colone ipsius fratre,
R.S. 84. trucidatis, sceptrum arripit Sueciæ.
Rugia, Ecclesiasticæ Præfulis Roschildensis subditur jurisdictioni.
Axelhusium, ubi Hafnia deinceps fundata, construitur in Sielandia.
1169. Circa MCLXIX. Bugislaus alter Caroli regis frater à Canuto cæditur.
Ecclesia Wiborgi Augustinianorum exstruitur,
B. Leofdagus tumulo Ripæ fuit levatus.
1170. MCLXX. S. Canuti Ducis, Ringstadii apotheosis celebratur, & ibidem Canutus illius nepos coronatur.
Circa eundem, Gothi ea lege Canuto Sueciæ Regi colla subdunt, ut Suercherum habeat filium Caroli, successorem.
Canutus Sueciæ & Gothiæ capescit diadema.
Suerro ex Ferogia reversus, sceptrum Norvegiæ clam affectavit, circa eundem.
B. Suniva ex Selio Bergam fuit solenniter translata.
Julinum Vandaliciæ oppidum, à Dano expugnatum, solo adæquatur.
Circa eundem Meinardus, I. Livonum Episcopus, & Apostolus.
Odgrimmerus, XV. Scarenfis.
Paulus, V. Bergensis.
Helgo, X. Aslogensis.
Ericus, V. Stavangrenfis.
1171. MCLXXI. Leges conduntur Sielandicæ, & Calenburgum.
Stephanus, XIII. Antistes Ripensis.
S. Torlacus, VII. Scaltholtenfis.
1172. Circa MCLXXII. Rendamechensis in Finlandia instituitur Episcopus.
Rodolphus, I. Antistes Rendamechensis, circa eundem.
Monachi Vongenses Juthiæ, ad Charam migrarunt insulam.
1173. MCLXXIII. Limense in Juthia consurgit monasterium.
1174. Circa MCLXXIV. Competitor Norvegiæ Ostenus victus, ad nemorum latebras cum suis Byrchebinderis secessit.
1175. Circa MCLXXV. B. Margareta Roschildiæ passa martyrium perhibetur.
Simon, VII. præful Ottoniensis.
1176. Circa MCLXXVI. In Norvegia rex Ostenus obtruncatur.
Civitas & basilica Ripensium cum offibus S. Leofdagi confla-
verunt.
Circa eundem Vilhelmus, III. Episcopus Stregnensis.
1177. Circa MCLXXVII. Rex à Byrchebinderis Suerro electus, Ma-
R.N. 82. gno sceptrum Norvegiæ incipit extorquere.
Canutus Valdemari filius, Sconiciæ & Hallandiæ Dux nominatur.
Eschillus, Daniæ Archipræful, se officio abdicavit.
Absolon, III. Lundensis Archiepiscopus.
1178. MCLXXVIII. Danus insignes de Vandalis obtinet triumphos.
Circa eundem, Suerro etiam in Norvegia, occumbente Erlingo, triumphat.
Eschillus monasticen in Gallia profitetur.
Matrimonia Clero Scandiæ prohibentur.
Regnerus, III. Antistes Hammarenfis circa eundem.
1179. Circa MCLXXIX. Norvegiam Suerro occupat, Magno rege in
Daniam, & Osteno Archipræfule in Angliam fugatis. Cir-

- Circa MCLXXX. Magnus in patriam cum Danico regressus exercitu, iterum à Suerrone profligatur. 1180.
 Circa eundem Colo, V. præsul Lincopenfis.
 Benedictus, XVI. Scarenfis.
- MCLXXXI. Fridericus Imperator Valdemaro regi subjugatas in Vandalia provincias confirmat, & filiam illius suo postulat filio conjugem. 1181.
 Ericus quidam ab Asiatica reversus militia, portato citra damnnum ignito ferro, se fratrem esse Suerronis demonstrat, circa hoc tempus.
 Magnus regni partem Suerroni extorsit.
 Arnoldus, III. Antistes in Gronlandia Gardensis, circa eundem.
- Circa MCLXXXII. Magnus & Suerro de sceptro Norvegiæ beligerant, illo frequentius victoria potiunte. 1182.
 Eschillus in cœnobio finiit vitam Clarevallensi.
 Valdemarus quoque Rex Danorum, XII. Maij in fata concedens, Ringstadii humatur.
 Canutus parenti subrogatus, Sconos & Jutos sibi habuit rebelles. R. D. 97.
 Homerus, XIV. Episcopus Ripensis.
 Valdemarus, XV. Slesvicensis.
- MCLXXXIII. Sconi duce Haraldo, Nicolai Regis pronepote, rebellantes profligantur, & domantur. 1183.
 Circa eundem, Magnus Bergæ novis à Suerrone cladibus affectus, in Daniam festinat, & victor totam sibi Norvegiam vendicat.
 Claustrum Wiborgi Marianum construitur.
- MCLXXXIV. Vidua nupsit Valdemari Regis, Sigfrido Thuringiæ Lantgravio. 1184.
 Christina filia ejusdem, futuro traditur focero Imperatori educanda, Danus imperii vasillum se agnoscere abnuens, in odium incidit Cæsaris.
 Circa eundem, Magnus Danicâ fretus ope, Suerronem impugnat, & XV Maji oppetens mortem, Bergensi traditur sepulturæ.
 Juletense in Suecia perficitur monasterium, hucque Saba transfertur, vel MCLXXXVI.
 Nicolaus, VI Antistes Stavangrenfis.
- Circa MCLXXXV. Monarcha Norvegiæ Suerro, Suecici filiam Regis conjugem impetrat, licet in ordine Diaconatus esset constitutus, & propterea malè diu audivit. 1185.
 Lucius III. vetat Politicis, Sueciæ Archipræfulum electioni, obtrudere suffragia
 Stephanus, Sueciæ I. Archiepiscopus, XVIII Julii fatorum abripitur violentiâ.
 Johannes, II. Archipræful Suecorum.
- MCLXXXVI. Danus Estoniam impugnat, & Rugiam propugnat. 1186.
 Logenesenses hoc tempore ad Varnhem demigrarunt monachi.
 Circa eundem, quidam in Norvegia Monachus, se filium commentus Ingonis Regis, sceptrum affectavit.
 Stephanus Ripensium Antistes vitâ functus, signis coruscavit.
 B. Thorlacus, Episcopus Scalholtenfis, XXIII. Decembris etiam mundo valedixit.
- Homerus, XV. præful Ripensis.
 Circa MCLXXXVII. Ericus, III. Norvegiæ Archiepiscopus. 1187.
 Circa eundem Johannes, VIII. Antistes Ottoniensis.
 Trudo, IV. Borglamensis.
 Paulus, VIII. Scalholtenfis.

1188. MCLXXXVIII. Cæsar Dano indignatus, quod subjectionem Imperiõ nollet præstare, sororem illi remisit, filio destinatam. Valdemarus, Canuti regis filius, cingulo militari, & Ducatu Slesvicensi donatur.
Estones Sueciam infestant, & Johannem ejus Archipræfulem occidunt, Sigtoniamque vastant.
B. Chelianus, licentiâ Romani Pontificis, inter Divos refertur. Cujusdam viri Apostolici per Canutum regem, Bardevico in Daniâ reliquiæ deportantur.
Circa eundem Petrus, III. Archiepiscopus Sueciæ.
Nicolaus, XI. Antistes Aslogensis.
1189. MCLXXXIX. Danus in gratiam cum Imperatore lubens rediit. Scandiæ Reges heroicum ferunt Cæsari subsidium, in Palæstina recuperanda.
Crucigerorum ordo capit initium.
Circa eundem, in Norvegia Kufingorum factio extinguitur, & novâ Suerro premitur lite, per Archipræfulem commotâ.
1190. MCXC. Suam finivit Historiam Saxo, Homeri fabulosiorem Iliade. Circa eundem, Jerpulphus, XVII. Episcopus Scarenfis.
1191. MCXCI. Rex Daniæ Canutus, Vandalia arma intulit. Valdemarus Slesvicensis præsul, quod regiâ oriundus esset propiâ, thronum cœpit Danicum ambire.
Petrus, XIII. Episcopus Roschildensis.
1192. MCXCII. Canutus Daniæ rex, bellum in Vandalos continuat, & primus titulum usurpat Vandalicum.
Gulholmenfè, in diœcesi Slesvicensium, conditur monasterium.
Circa eundem Martinus, VI. Bergensium Antistes.
1193. MCXCIII. Episcopus Slesvicensis, auxiliis nixus Vandalicis & Norvegicis, Canutum Daniæ throno conatur deturbare; sed fraude captus, XIV. annorum custodiæ mancipatur.
Ericus, Norvegiæ Archiepiscopus, ope Dani Suerronem coronâ exuere, & illâ filium Magni machinatur induere, circa hoc tempus.
Ingeburgis, Canuti regis Danici soror, Philippo Gallia nupsit Regi hoc tempore.
Folquinus, III. Antistes Finlandiæ circa hoc tempus.
1194. R. N. 83. Circa MCXCIV. Sivardus Magni filius, thronum Norvegiæ armis conans occupare, cæditur.
Suerro victoriâ potitus, suæ molitur inaugurationis solennia.
Meinardus, Livonia Apostolus, terram cœlo permutavit hoc tempore.
Circa eundem, Bertoldus, II. Livonum Antistes.
Thorerus, IV. Hammarensis.
1195. Circa MCXCV. Norvegius XXIX. Junii, solenniter diademate fuit redimitus.
Canutus, Sueciæ Monarcha, succumbens morti, Varnhemia sepelitur.
Danus Vandaliam non satis fausto impugnat marte.
Sororem ipsius illegitimè repudiatam, Gallus censuris adactus Ecclesiasticis, recipit.
- R. N. 84. Circa eundem, Ingo Magni filius alter, Danico aspirat subsidio ad Norvegiæ dominium.
1196. MCXCVI. Estoniam Danus Christo, & sibimet studet armis subjugare.
Marchio Brandenburgensis, Danos ex Vandalia profligare frustra satagit.
Petrus

- Petrus, VII. Arhusiensium præful.
 Circa MCXCVII. Danis Ingo stipatus & armatus, Suerroni partem Norvegiæ subducit. 1197.
 Suercherus Caroli filius, ea obtinet conditione sceptrum Sueciæ, R. S. 85.
 ut Erico Canuti filio moriens illud assignet, circa eundem.
 Fidentium Cardinalem mors Lundiaë abstulit.
 Circa hoc tempus, Benedictus XVIII. Scarensum Episcopus.
 MCXCVIII. Danus Reinholsburgum Holfatis, castrum limitaneum, extorfit. 1198.
 Circa eundem, Suerro cum Ingone fortunatius in Norvegia belligerat; Sed non cum Romano pontifice, qui Norvegis prohibet illi obedire. Sophia, Canuti regis mater, fatis abrepta, Ringstadii tumulatur. Verum XVIII. Septembris obiit Sueciæ Archipræful.
 Olaus, IV. Antistes Upsalensis.
 MCXCIX. Canutus Daniaë rex, totam fermè Holfatiam expugnat, & denique Hamburgum impugnat, non minori successu. 1199.
 Loius, IX Præful Ottoniensis.
 MCC. Hamburgum & Lubecum, Dithmerfiamque, suo Dani subdiderunt imperio. 1200.
 Suecus Clerum sui regni, variis donatum privilegiis, à foro pronunciat exemptum politico.
 Jonas, Præful quondam Holensis, canonizatur.
 Nicolaus, XVI. Slesvicensis Episcopus.
 Stenarus, V. Wexionensis, circa eundem.
 Circa MCCI. Norvegus adversariis prævaluit, & morbum contraxit lethalem. 1201.
 B. Vilhelmus cœnobii Abbas in Dania Ebbholtensis, sanctam exhalavit animam.
 Abfolon, Daniaë Archipræful, idem naturæ persolvit debitum.
 Oefvidense in Sconia surgit cœnobium.
 Andreas, V. Daniaë Archiepiscopus.
 Petrus, VIII. Arhusiensium Antistes.
 Gudmundus V. Holensium.
 Circa MCCII. Vitæ finem tumultuosæ imponit Suerro VIII. Martii, & filius sceptrum capit Haquinus. 1202.
 Nordalbingi & Vagrii fidelitatis juramentum Dano Lubecæ præstiterunt. R. N. 85.
 Canutus indè reversus, XI. Decembris vitam terminat, & frater Valdemarus thronum occupat. R. D. 98.
 Sed in Gothia Birgerus Jerl I. mortem oppetens, in Alvastro conditur, & Birgerus II. fit Dux.
 Bernhardus, XIX. Episcopus Scarenfis circa eundem. 1203.
 MCCIII. Valdemarus Danorum rex Lundiaë inauguratur.
 Lunenburgenses Dano se tandem dediderunt, cui & Nordalbingi sponponderunt subjectionem.
 Circa eundem, Haquinus rex Norvegiæ, Calendis Januariis brevem vitæ claudens periodum, successorem habet Guttormum. R. N. 86.
 Qui morte compulsus, sceptrum mox tradidit Ingoni Suerronis filia genito. R. N. 87.
 Thorerus, IV. Norvegiæ hoc tempore Archiepiscopus.
 MCCIV. Gladiferorum ordo Livoniaë dominium consequitur, circa hoc tempus. 1204.
 Olaus, XVI Præful Ripensis. H. Jonas

- Jonas, IV. Gardensis.
1205. MCCV. Suercherus diadema Sueciæ liberis suis comparaturus, Canuti filios antecessoris jugulavit, præter Ericum ad Norvegos profugientem, circa eundem.
Circa hoc tempus Ingo, Norvegiæ rex, Haquinum Haquini filium sibi præsentatum, regni agnoscit hæredem.
Danus sibi matrimonio junxit Margaretam, Regis filiam Bohemici. B. Andreas Slegelsensis, floret vitæ sanctimoniâ.
Johannes, VI. Wexionensis præsul circa eundem.
1206. MCCVI. Danus Prutenos & Livones Christo, & sibi reddit morigeros.
Gregorius Jarlsonius, sceptro inhians Norvegico, profligatur hoc tempore.
Saxo Danorum Historicus, facundam exhalavit animam.
Suecia etiam suo orbat Archipræsule Olao.
Valerius, V. Antistes Upsalensis.
Petrus, VII. Arhusiensis.
Valdemarus Præsul Slesvicensis, diuturno carceris squalore liberatus, in exilium secessit.
1207. MCCVII. Valdemarus à Bremensibus, pristinum ita jus in Scandiam recuperare machinantibus, Antistes designatus, adversariis ope Cæsarea multum negotii faceffit.
Suercherus, rex Sueciæ, ab Erico in patriam reverso debellatus, Danicum implorat auxilium.
Circa eundem Henricus, VII. Stavangrensi præsul.
1208. MCCVIII. Suercherus Gothis & Danis stipatus, perque Ericum Suecis & Norvegis armatum, XXXI. Januarii devictus, in Daniam profugit.
Danus Suerinensem alio vastat exercitu regionem.
Valdemarus suis diffidens rebus, insulam resignat Bremensem, & aliam Romæ postulat.
1209. MCCIX. Monachi Gulholmenses aliò migrarunt.
Sophia, Caroli regis filia Suetici, nupsit Henrico II. Megapolensium Principi, hoc tempore.
1210. MCCX. Suercherus ex Dania armatus regreditur, & XVIII. Julii, cum plurimis sectatorum cæditur in Suecia.
Circa eundem, Suno Folchonijs, Helenam Suercheri filiam, ex cænobio violenter abduxit Vretensi.
- R. S. 86. Ericus victor, ut Gothos placaret, filio Suercheri promisit successione.
Danum pariter mitigaturus, Rechissam ipsius sororem sibi conjugem deligit.
Ericus XVII. Novembris regia Upsaliæ capit insignia.
Prusos Rex Daniae sub jugum denuò misit.
Ormerus, XI. Præsul Aslogensis circa hoc tempus.
1211. MCCXI. Danus armis in Pomerania grassatur, & domi nascitur illi Canutus.
1212. MCCXII. Margareta Daniae regina mortis imperio succubuit.
Helgo VI. Gardensis Antistes.
1213. MCCXIII. Fridericus II. Scandiorum progenies, ad Romanum promovetur imperium.

- Berengara seu Bengela, Waldemaro Daniæ Regi elocatur.
 MCCXIV. Cæsar confirmat Dano subactas in Nordalbingia provin- 1214.
 vicias.
 De Pomeranis Rex Daniæ, capto Stetino, triumphat, non de Staden-
 sibus.
 Bremenfes denuò Valdemarum sibi deligunt Episcopum, con-
 temptâ Pontificis inhibitione.
 Jvarus, V. Hammarenfis Episcopus circa hoc tempus.
 MCCXV. Danus Hamburgum ab Imperatore expugnatum, armis 1215
 recuperat.
 Valdemarum nominat filium sibi successorem.
 Petrus, XIV. Præsul Roschildensis.
 Thuvo, XVI. Ripensis.
 MCCXVI. Valdemarum filiis assignat reliquis Ducatus, Erico 1216.
 Slesvicensem, Canuto Lalandensem, & Claudio notho, Hallandensem.
 Ericum, Sueciæ Regem, mors abripuit, Varnhemix sepultum.
 Johannes Suercheri filius, ex pacto regiam consequitur dignitatem. R. S. 87.
 Ingoni, Noricorum Regi, XXIII. Aprilis expiranti, Haquinus R. N. 88.
 subrogatur, circa hoc tempus.
 Estones Sueciam incurfant, & Johannem Jerl occidunt, moxque
 cædem luunt hoc tempore.
 Circa eundem federunt, Thycho XVII. Antistes Slesvicensis.
 Johannes, VI. Lincopenfis.
 Magnus, IX. Scalholtenfis.
 Sercuirus, VI. Farogentis.
 Circa MCCXVII. Norvegus regni æmulum armis comescuit. 1217.
 Claudius, Hallandiæ Comes, seu Dux, fit gener principis Sue-
 rinensis.
 Benedictus, X. Scarenfium Antistes.
 Gregorius, VII. Vexionensium, circa hoc tempus uterque.
 MCCXVIII. Suecus Vichenses Livoniæ populos armis domuit, 1218.
 & suum castro Lealensi præsidium imposuit.
 Vademarus, III. Daniæ rex, Hamburgi XXIV. Junii die fuit in- R. D. 98.
 auguratus.
 Rechiffa Sueciæ Regina, XIII. Maji obiit, Ringstadii quiescens.
 Hoc tempore Carolus, VII. Episcopus Lincopenfis.
 MCCXIX. Pagani Livoniæ concurrentes, debellatos in Lealio Re- 1219.
 gis Sueciæ præfidiarios, truculenter illos occiderunt.
 Danus porrò his aliisque populis Estoniæ congressus, stupendam
 obtinet victoriam, & Ecclesiasticam instituit ibi Rempublicam.
 Curonensis postea in Semigallia, & Dorpatensis in Livonia, Epi-
 scopatus fundantur, Lundensi parentes.
 Suecus diademate ornatus, immunitates Clero indultas à parente
 roborat.
 Valerius, Sueciæ, ac Thorerus Norvegiæ, Archipræfules, moriun-
 tur circa eundem.
 Gutormus, V. Norvegiæ Archiepiscopus.
 Jvarus, X. Ottoniensis Antistes.
 Ernemordus, I Curonensis.
 MCCXX. Regina Daniæ Bengela, Calendis Aprilis truculentam 1220.
 terminat vitam.
 Dominicani primum in Suecia impetrant domicilium, scilicet
 Scogense. I Olz-

- Olaus, VI. Archiepiscopus Sueciæ.
 Circa eundem, Benedictus, VIII. Lincopenfis præful.
 Thomas, IV. Abogenfis,
 Petrus, XV. Roschildenfis.
1221. MCCXXI. Clerus Scandiæ à Gregorio Papæ legato, ad cœlibem
 compellendus vitam, ad Oecumenicum provocat concilium.
 Dominicanis, apud Lundenses in Dania primum conditur mona-
 sterium.
 Gunnerus, VI. Wiborgensis Antistes.
 Johannes, V. Borglamensis.
1222. MCCXXII. Mors Johanni Sueonum Regi, diem Maji XI dixit,
 in Alvastra condito.
 R. S. 88. Erico, Erici filio, sceptrum traditur Sueciæ,
 Dani & Crucigeri, armis conjunctis, paganos Livoniæ compescunt.
 Revaliam Estoniæ Dani fundarunt hoc tempore.
 Dominicani Scogenfes, ad Lundenses migrarunt.
1223. MCCXXIII. Comes Suerinesium Henricus, stuprum uxori allat-
 tum vindicaturus, captum Daniæ Regem utrumque, quadrimæ tra-
 dit custodia.
1224. Havandertis VII. Bergensis Antistes, circa eundem.
 MCCXXIV. Danicorum infortunio Regum æmuli plurimum ani-
 mati, Holfatiam, Rugiam, Estoniam & Prussiam, Vandalicæque partem
 illis eripuerunt.
 Norvego movetur ab æmulis quæstio ratione natalium, quam
 dissolvit mater, candens illæsa gestans ferramentum, circa hoc tempus.
 Andreas ob lepræ contagium, Cathedram resignat Lundensem.
 Petrus, VI. Daniæ Archiepiscopus.
1225. Trogillus, IV. Antistes Stregnensis hoc tempore sedit.
 Circa MCCXXV. Haquinus in publico ordinum confessu, pro-
 batur legitimus Norvegiæ hæres.
 Cœnobium Scogenfe monialibus deputatur Cisterciensibus à Canuto
 Folchungo hoc tempore.
1226. Halvardus, VI. præful Hammarenfis hoc prope tempus.
 Circa MCCXXVI. Margareta Schuleri Jerl filia, Haquino regi co-
 pulatur.
 Discordia Sueci cum Norvego componitur.
 Dithmersi rebellionem Danis molientes, domantur.
 Waldemar rex multis & gravibus liberatur conditionibus XXI
 Decembris ex custodia.
1227. Nicolaus, XVI. Roschildenfis Episcopus.
 MCCXXVII. Lubecenses Imperio se subjicientes, Danicum excu-
 tiunt jugum.
 Danus, impetratâ Romæ à Sacramentis, Comiti Suerinensi sacris,
 absolute, infeliciter cum hostibus confligit, & Suerinenses, Lubecenses-
 que cum sociis cœlitus victoriam consecuti sunt.
1228. Berquinus, VII. præful Ferogensis circa eundem.
 MCCXXVIII. Waldemar rex, ternas faciens in Holfatiam irru-
 ptiones, adversarios non deprehendit inermes.
 Saxo arma etiam corripens, Dano Louenburgum & Mollam
 eripit.
 Andreas XXIV. Junii, & Petrus X Julii, Lundenses Antistites, vivis
 excesserunt.

- Uffo VII. Daniæ Archipræful.
 MCCXXIX. Danus & Holfatus, junctis dexteris amicitur. 1229.
 Suecus Folchungos regni aggressus æmulos, in Daniam fugatur.
 Norvegus Scotos Sudorensibus infestos, impugnat fortunatus.
 Eleonora, Regis filia Portugallici, XXIV. Junii, Valdemaro III.
 Regi Daniæ copulatur.
 Waldemarus quondam Slesvicensis & Bremensis Episcopus, Leodii
 Monachatum amplexatur.
 Olaus Sueciæ Archipræful XIX. Martii, & Gutormus, ut reor
 Norvegiæ, vitâ defunguntur.
 Ulpho, VII. Sueciæ Archiepiscopus.
 Petrus, VI. Norvegiæ.
 MCCXXX. Folchungi ab Erico rege magnâ clade affi- 1230.
 ciuntur.
 Hollingerus, ob rebellionem capite plexus, signis innocentia fer-
 tur emicuisse.
 Otto, Papæ legatus, bonorum raptos Ecclesiasticorum, in Dania
 excommunicat.
 Gunnerus, XVII. Ripensium Episcopus.
 MCCXXXI. Eleonora Daniæ regina, XIII. Maji, & Valdemarus 1231.
 ejus maritus, XXVIII. Novembris, morte nimis immaturâ tolluntur.
 Norvego Haquinus nascitur filius, & in throno successor hoc tempore.
 Thorerus, VII. Norvegiæ Archipræful circa eundem.
 MCCXXXII. Ericus Valdemari secundo genitus, Ludiæ insigni- 1232.
 tur diademate. R. D. 99.
 Cæteris Valdemarus filiis Ducatus attribuit, Abeli Jutiam, Chri-
 stophoro Lalandiam, & Canuto conferens Blëkingiam.
 Franciscani primas nacti mansiones Ludiæ ac Ripæ, indè per Scon-
 diam profeminabantur.
 Laurentius, IX. Episcopus Lincopensis hoc tempore.
 Magnus, II. Præful Arosiensis.
 Circa MCCXXXIV. Episcopi IV. Prussia Archipræfulem sibi deli- 1234.
 gunt Rigensem.
 Jerlerus, VIII. Sueciæ Archiepiscopus.
 Sigvardus, VIII. Norvegiæ.
 MCCXXXV. Pontifex & Imperator Crucigeris mandarunt, ut Da- 1235.
 no Estoniam, velut melius de illa promerito, resignarent.
 Valdemarus Leodientis monachus vitæ tragediam finivit.
 Stenardus, XXI. Scarenfis Antistes, circa eundem.
 MCCXXXVI. Cænobitæ Byarmenses Ostrogothiæ ad Scogenses 1236.
 migrarunt.
 MCCXXXVII. Schulerus Dux, ope Danicâ Haquino genero vi- 1237.
 tam & sceptrum extorquere molitur circa hoc tempus.
 Abel Juthiæ princeps, idem fratri machinans Erico infortunium,
 Holgarum deligit socerum.
 Circa eundem federunt, Bono VIII præful Wexionensis.
 Botolphus, VI. Holensis.
 MCCXXXVIII. Danus Legato Pontificis sequestro, Estoniam IX. 1238.
 Maij recuperat, & Jerviam Crucigeris donat.
 Verum Dani Holfatis conjuncti frustra Lubecum oppugnant.
 Schulerus, exercitu Haquini profligato, Aslogiæ rex salutatur hoc R. N. 89.
 tempore.

- Adolphus Comes Holfatiæ, cucillum Hamburgi assumpsit
XIII. Augusti.
Circa eundem federunt, Arno VIII. Antistes Bergensis.
Eschillus, VIII. Stavangrensis.
Paulus, VII. Hammarensis.
1239. Circa MCCXXXIX. Haquinus rex tandem hostibus prævalens,
Schulerum ipsorum antesignanum Nidrosiæ trucidat, & humat. Alii MCCXL.
R. N. 90. quando & filium sibi Haquinum nominat successorem.
Fridericus Imperator ex Norvegia oriundus, Haquini propterea
expetit amicitiam, & ipsi dominium exhibet Lubecense.
Leges Jutiæ conduntur.
Episcopa Revaliensis fundatur hoc tempore.
Torchillus, I. Antistes Revaliensis.
Sigvardus, X. Scalholtensis.
Torchillus, XII. Aslogensis hoc tempore.
1240. MCCXL. Episcopa Revaliensis liberaliter à Valdemaro dotatur.
Ripa incendio vastatur.
Johannes, XVIII. Præful Slesvicensis.
Schialmo, IX. Arhusiensis.
1241. MCCXLI. Ericus Daniæ rex, vovet, quod in habitu velit sepeliri
monastico.
Claudius Comes, Hallandiam pro bonis Sverinensibus jure cœ-
pit hæreditario possidere.
Nicolaus, VII. Episcopus Gardensis hoc tempore.
Abel tutelæ renuncians Comitum Holfatorum & levirorum, fratri
reconciliatur.
1243. MCCXLIII. Adolphus Hamburgensis nunc monachus licentiâ Pon-
tificis, sacerdotio initiatur.
Petrus, IX. Episcopus Bergensis hoc tempore.
1244. MCCXLIV. Abel hæreditario non beneficiario se Jutiam pos-
fidere contendens jure, cum fratre propterea belligerat.
Adolphus, focer Abelis monachus, miro factum animi multavit
exemplo.
Eschillus XIX. Præful Slesvicensis.
1245. MCCXLV. Archipræful Daniæ Uffo, quod Regi se opponeret, Cle-
rum bellicis nimium exactionibus gravanti, pellitur in exilium, & patriæ
deinceps restituitur.
Innocentius IV. mandat Clero Daniæ regni necessariæ defensionis
ferre subsidium.
Idem Norvego impertit licentiam, capeffendi diadema, hoc circa
tempus.
Dano imperatoria offertur dignitas abnuenti.
Moschus Plescoviam expugnavit.
Petrus, X. Arhusiensis Antistes,
1246. MCCXLVI. Sueci, Lubecenses à Danis obsessos liberarunt, &
quandam ideò immunitatem Lubecæ obtinuerunt.
Jacobus, XII. Præful Roschidensis.
Nicolaus, XI. Ottoniensis.
Esgerus, XVIII. Ripensis.
Henricus, VII. Holensis.
1247. MCCXLVII. Danus fratres regni se beneficiarios esse abnegan-
tes impugnavit, & multam inde calamitatem sibi patriæque induxit, donec
Abeli reconciliaretur. Nor-

Norvegus XXIX. Julii regia consequitur insignia quam sollemnissimè, circa eundem.

Guilhelmus Sabinensis, Papæ Legatus, sub gravibus advocat pœnis Clerum Norvegiæ, à matrimonio & concubinato.

Rodolphus, VI. Antistes Borglomensis hoc tempore.

Petrus, VIII. Hammarensis, hoc, ut reor, sedit tempore.

MCCXLVIII. Cruentissimum funestissimumq; denuò bellum inter Daniæ Regem & fratres exarsit, quòd serò nimis Ducibus se Regis vassallos agnoscentibus, extinguitur. 1248.

Guilhelmus Sabinensis; talia promulgat in Clerum decreta Suecicum, qualia nuper in Norvegicum.

Idem statuit, ut non pauciores quam V. Canonici apud Cathedralē residerent quamlibet regni Ecclesiam Suetici.

Quando etiam Legatus Gothlandicam visitans Ecclesiam, fatetur ipsam Lincopeni, ab antiquissima hominum memoria, Episcopo fuisse subiectam.

Bero, V. Episcopus Abogensis circa eundem.

MCCXLIX. Ericus Sueciæ rex, opera Birgeri Jerl sororii, Tava- 1249.
stos Finlandiæ populos Christo & sibi substravit.

Præsidium ibi limitaneum, nomine Tavaftaborg, fundavit.

Sconi ob contributionem, ex quolibet dependendam aratro, rebellantes, domantur.

Danus armis in Estoniam translatis, Livonum subactioni reliquorum, conversioni illorum, & foundationi Ecclesiarum invigilat.

Ibidem Padifense modò condidit monasterium, & domum mense Augusto navigat.

MCCL. Ericus Sueonum rex, II. Februarii mortem obiens, Varn- 1250.
hemiae humatur.

Valdemarus defuncti sorore genitus Regis, & Birgero Jerl, sce- R. S. 89.
ptrum Sueciæ nanciscitur.

Birgerus regnum filii loco minorennis prudentissime annis XV. gubernat.

Ericus Daniæ rex, Holfatis Rendersburgo fugatis, fratrem convenit Slesvici Abelem, à quo perfidissimè IX Augusti captus, & capite plexus, demergitur. Sed post emergens, licet ferreis esset catenis oneratus, scelus prodit fraternum, & Slesvici tumultum obtinet.

Abel perjurio fraternæ insons cædis declaratus, Calendis Novemb. R. D. 100.
Rex salutatur, & festo natalis Dominici coronatur.

Laurentius, XXII. Præful Scarenis circa hoc tempus.

MCCLI. In Comitibus Nyborgensibus sceptrum Daniæ filiis & pò- 1251.
steris sponderunt ordines Abelis.

Indignantē propterea fratres Abel placat, Christophorò Lalandiam & Falstriam, sed Canuto Blechingiam deputando.

Arbitrio XII. virorum Holfatis Rendersburgum adjudicatur.

Colloquium inter Suecos, Danos & Norvegos limitaneum, condicitur.

Valdemarus, Abelis filius, Colonia per quadriennium captivatur.

Suecus Sudercopiæ capescit diadema.

Ebbo, XI Episcopus Arhusiensis.

MCCLII. Frisones nimis onerati exactionibus, rebellant, quos 1252.
Abel ideo aggressus, aliquoties superatur, & tandem XXIX Junii, trucidatur, ità mortem luens fraternam & perjurium.

Birgerus, ut reor, Sueciæ prorex, Stockholmica condidit propugnacula. alii 1260.

Idem XXVI. Octobris matre orbatu Ingridæ cognomento Ylfia.

Isto, vel anno præcedenti, Catharina Erici vidua regis, monacham Gudhemie proficitur.

Dani contra pactum Nyburgense, Abelis exclusa prole, thronum fratri assignant ipsius Christophoro.

Quamobrem Danis graviter succensens Abelis vidua, Cæsarum & Pontificum diplomata, illis Nordalbingiam & Vagriam roborantia, concremavit.

R.D. 101.

Christophorus Dominicæ feriis Genithliæ inauguratur.

Ufso Daniae Archipræsul, XV Decembris in fata concessit.

Jacobus, XII. Præsul Ottoniensis.

Olaus, VII. Borglamenti.

1253.

MCCLIII. Comites Holfatiæ, quod Danus Abelis filios sceptro exutos, ducatu etiam Slesvicensi moliretur spoliare, illi bellum inferunt.

Quando Sueci & Norvegi, multis diu injuriis ex Dania affecti, armis junctis, ex alia Christophorum parte, non minus impugnarunt.

Qui fraternis liberis, suo ad sceptrum Daniae cedentibus jure, spondens Ducatum, Holfatos, non Suecos & Norvegos sibi reconciliat.

Regnerus, XIII. Antistes Ottoniensis.

1254.

MCCLIV. Propria Norvegi manu filium perhibetur Haquinum occidisse, & alterum mox filium nomine Magnum sibi delegit successorem.

Suecus & Norvegi bellum in Danum renovant, à quibus tamen hic quadrimas impetrat inducias.

Valdemaro Abelis filio, ex custodia liberato Colonienfium, Ducatus confertur Slesvicensis sub jure beneficiario, & primus ibi Dux creatur.

Mater vero Megtildis, ad monasticum vitæ genus, obstricta votis aspiravit.

Jacobus, VIII. Daniae Archiepiscopus, à Rege multam sustinet persecutionem.

Ingeburgis, Birgeri Jerl conjux, vivis sublata, Varnhemie traditur sepulchro,

Comes Jacobus, Claudii filius, Hallandiâ per Danum spoliatur, non impunè.

Waldemarus, XXIII. Antistes Scarenfis, ut reor.

Petrus, XVIII. Roschildenfis.

1255.

Circa MCCLV. Cœnobium in Suecia Johannitarum construitur Eschilstunense.

Jerlerus, Sueciæ Archipræsul, VIII Septembris, ex vita migravit.

Laurentius, IX. Sueciæ Archiepiscopus.

Nicolaus, XX. præsul Slesvicenfis.

Petrus, VIII. Ferogensis, ut reor.

1256.

MCCLVI. Rex Christophorus, gravem intentat Archiepiscopo litem, indeque Ecclesiasticis, sicut & politicis, cæpit esse odiosus.

In synodo decernit Clerus Vedelensi, ut aliquo Præsulum captivato, divina filerent in regno officia.

Danus, novam Pontificis bullam XXVII. Junii obtinuit Anagninæ, super Nordalbingiæ dominio.

Birgerus Jerl Ducalia consequitur insignia.

Sellius, IX. Archipræsul Norvegiæ, ut reor.

Anundus, V. Antistes Stregnensis.

MCCLVII. Ericus quondam rex Daniæ, suam prodens signis beatitudinem, Slesvico transfertur Ringstadium, & loculo imponitur argenteo honorandus.

1257.

Waldemarum Jutiæ Ducem mors abripuit, & frater Ericus succedens, absolutum sibi arrogat provinciæ dominium, quâ fuit ideò exutus.

Veterem Christophorus Archipræsuli movens litem, quod coram regio nollet comparere tribunali, Lundensis invadit bona Ecclesiæ, & plebeculam ideò tumultuantem compefcit.

Circa eundem Ragvaldus, VI. Finlandiæ Antistes.

MCCLVIII. Suecus & Norvegus, quadriennio induciarum evoluto, Daniam petunt infesti.

1258.

Haquinus Christophoro sub Hafnia reconciliatus, Ingeburgem S. Erici filiam suo desponsavit filio.

Indè Suecus sequestro Norvego, in gratiam pariter cum Dano reversus, Sophiam Ingeburgis sororem, sibi sponsam delegit

Quando Birgerus Jerl arbiter nominatus, Christophori & Archipræsulis nequit componere discordiam.

Archiepiscopus domi forisque hostes adversario objicit, & sceptrum Abelis filio studet procurare.

Propterea Rex, habitâ cum proceribus clam deliberatione, Archiepiscopum carceri destinavit.

Christina, regis Haquini filia, Castiliæ principi desponsatur, hoc tempor .

Einarus, X. Archipræsul Norvegiæ, ut reor.

Cheldius, VII. Antistes Wiborgenfis.

Circa eundem, Birgerus Sueciæ prorex, cum Megtilde Abelis vidua matrimonium licentiâ Pontificis contraxit.

MCCLIX. Daniæ Archipræsul captus, biennali mandatur custodia, & arx ipsius Hammarhusensis à Rege expugnatur.

1259.

Itaque sacris per Daniam indicitur silentium, & Roschildensis ac Ottoniensis Episcopi patria egressi, Holfatos & Vandalos in Regem commoverunt.

Nec minus remanentes insidiantur illi Præsules, & ab horum uno Ripæ XXIX. Maj fuit toxico peremptus.

Hostibus toto grassantibus regno, se Regina opposuit, & cum iis litem denique composuit, cui etiam Sueci & Norvegi subsidio venerunt.

Colo, X. Antistes Lincopenfis.

MCCLX. Diadema filio Christophori Erico imponitur.

1260.

Archiepiscopus Daniæ solutus vinculis, ad Romanum provocat tribunal, ubi XVI. annis causa ventilatur, & interim Dania interdicto flagellatur.

R.D. 102.

Præsules Sueciæ mandato Pontificis fabricam promovent basilicæ Upsalensis.

Stocholmia Sueciæ acropolis firmatur, ut reor.

Ragvaldus XXIV. Præsul Scarenfis circa eundem.

Forcundus, IX. Wexionensis.

Brandus, VIII. Holensis.

MCCLXI. Daniæ Archipræsul fugâ in Sueciam elapsus, Romæ accusat Regem, & accusatur,

1261.

Ericus, Daniæ rex, & mater, in conflictu captivantur ab Erico Slesvicensium Duce, XXVII. Julii, quod Jutiam negarent illi hæreditariam.

- R. N. 91. Magnus Norvegiæ Rex, mense Augusto corona ornatur, & sponsa copulatur.
- Islandi à Norvego domantur rebelles,
Adolphus monachus obiit, & Olaus Borglamensis Antistes injustè cæsus est.
- Petrus, XII. Præful Arhusiensis.
Circa eundem, Haquinus XIII. Aslogensis.
1262. MCCLXII. Regina Daniæ libertati restituta, non filius, Alberto Brunsvicensium Duci clavum regni commisit.
Archiepiscopus, velut hujus actor tragædiæ accusatus, Romam citatur.
Folchungii rebelles, minus honestè capti à Birgero Jerl, trucidantur.
Carolus horum antesignanus, infortunio subductus, in Prussiam ad Crucigeros secessit.
1263. Haquinus, Norvegiæ rex, CL navium classe Scotiam impugnat, & multas in Oceano insulas subjugat.
MCCLXIII. Waldemarus Sueciæ Rex, nuptias celebrat Jenecopiæ cum Sophia, Trelleborgo & Malmogiâ urbibus Daniæ in dotem acceptis.
Ericus Daniæ rex, Jutiæ Ducatum agnato permittens, & insigne promittens lytrum, donatur libertate pristina.
Haquinus Norvegiæ rex, in Orcadibus XV. Decembris finem vitæ imposuit.
- Brando, XXI. Slesvicensium Episcopus.
Circa eundem Henricus, XI. Lincopensis.
Torgillus, IX. Stavangrensis.
1264. MCCLXIV. Funus Haquini regis in Norvegiam translatum, Bergæ XXII. Martii deponitur.
Magnus plenum regni dominium nactus, Scoto frustra offert litis transactionem.
Carolus Folchungus, in pugna occubuit inter Crucigeros & Lithuanos peracta.
1265. Pontifex Romanus, de causa primatis Danici minus rectè informatus, mandat illi resignationem cathedræ ac insulæ.
MCCLXV. Suam Archiepiscopus innocentiam defensus, Romam properat, & Rex Borenholmiam occupat.
Circa eundem Ulpho, XXV. Præful Scarenensis.
Gauto, IX. Farogensis.
1266. MCCLXVI. Pontifex Archipræsulem minus culpabilem depræhendens, expedito in Daniam Guidone, mandat, ut Rex spoliatum restitueret dignitati, & contra illum deindè procederet.
Tali autem Danus contumaciter mandato reluctans, anathemati subjicitur, & regnum interdicto novennali.
Birgerus Jerl XXI. Octobris vitam claudit, in cœnobio humatus Varnhemensi.
Vidua porrò Megtildis, se votivis tradidit aliquandiu peregrinationibus, circa hoc tempus.
Waldemarus, Sueciæ rex, uxoris instinctu arrogantissimæ, fratribus Magno & Erico perniciosam cepit litem movere.
Rendamechense in Finlandia collegium instituitur Canonorum, circa hoc tempus.
Scotus insulas Manorenses, Sudorenses & Hebridas redemit, inde

tamen regno Norvegiæ C. annuatim marcas in perpetuum ille cum successoribus esset numeraturus.

Petrus, XIV. Antistes Ottoniensis.

Petrus, VIII. Wiborgensis.

Johannes, VIII. Borglamensis.

Circa eundem, Catillus, VII. Finlandiæ.

MCCLXVII. Haquinus, XI. Norvegiæ Archipræful, qui Ecclesiasticam sibi reservat jurisdictionem in Manorensis, Hebridis & Sudorensis, insulas. 1267.

Norvegus leges toto promulgat regno uniformes.

Israel, III. Præful Arosiensis, Curia Romanæ per Sueciam Commissarius & Thesaurarius, velut antecessores & successores, hoc tempore.

Jorunderus, IX. Holensis.

Tycho, XIII. Arhusiensis.

MCCLXVIII. Suecus & Norvegus in collimino regnorum cum Dano colloquuntur de conjugum patrimonio. 1268.

Laurentius, Sueciæ Archiepiscopus, V. Martii valedixit mundo.

Folcho, X. Sueciæ Archipræful.

MCCLXIX. Sophia Sueciæ Regina, Divi parentis visitat Ringstadii ex voto reliquias. 1269.

Circa eundem Achatius, XXVI. Præful Scarensis.

Henricus, X. Bergensis.

Arnerus, XI. Scalholtenensis.

MCCLXX. In comitiis Sueciæ Sudercopensibus, Cathedræ decernitur ex nova ad veterem Upsaliam translatio. 1270.

Danus insignem in Livonia de Russis & Lithuanis, obtinuit victoriam.

Olaus, VIII. Præful Gardenensis.

MCCLXXI. Danus captivitatis vindicaturus respectum, Jutiam subdit australem. 1271.

Circa eundem, Johannes, XII. Archipræful Norvegiæ.

Erlanderus, X. Antistes Ferogensis.

MCCLXXII. Ericus Jutiæ Dux moriens, tres linquit filios, quorum sibi tutelam Rex vendicat, & Ducatum promittit. 1272.

Livones V. millia Russorum ceciderunt.

Suecus in concilio promovet Lugdunensi Canonizationem B. Erici, per Regni Archipræfulem.

Ibidem Danus interdicti flagitat relaxationem.

MCCLXXIII. Valdemarus Sueciæ rex, incestum cum uxoris commissum sorore expiaturus, Romam & Hierosolimam peregrinatur. 1273.

Lugduni à concilii Patribus Canonizatio S. Erici, & translatio Archiepiscopæ. approbantur, veteraque Ecclesiæ privilegia Suecanæ.

Ibi Danus causa cadens, XV. millibus argenti libris multandus judicatur.

Victor porrò Archipræful magis nunc amans monasticen, quàm infulam, in Rugia illam fuit amplexus.

Erico regi Agneta, Marchionis filia Brandenburgensis, mense Novemb. elocatur.

MCCLXXIV. Jacobus sub cucullo mortuus in Rugia, Lundiam reportatur, & humatur. 1274.

Folcho, Sueciæ Archipræful, Lugduno reversus, concilii promulgat decreta, & VIII. fundat Upsaliæ Canonica Sacerdotia.

Philippus, Galliæ Rex, per Johannem Norvegiæ Primatem, Magno Regi, partem spineæ misit coronæ Dominicæ.

Suecus ex sua regressus peregrinatione, veterem Magno fratri movit controversiam.

Erlandus, IX. Daniæ Archiepiscopus.

Tycho, XIX. Episcopus Ripensis.

1275.

MCCLXXV. Magnus & Ericus in comitiis frustra exoptulant Stregnensibus cum Waldemaro fratre, super minus æqua regni divisione. Duces propterea exercitum sibi ex Dania compararunt, & obvium sibi regium sub Hova, XIV. Junii, profligarunt, Waldemaro tamen regni partem assignarunt.

Danicus miles promissum integrè non adeptus stipendium, Gothiam incurfat, & Magnus similiter Sconiam.

Dux Ericus moriens, Varnhemie tumulatur.

Erlandus, Daniæ Archipræful, Romam festinans, à Cæsare in vincula conjicitur.

Festum Spineæ Coronæ in Norvegia instituitur, IX. Novembris celebrandum,

Stigotus, XIX. Episcopus Roschildensis.

1276.

MCCLXXVI. Waldemarus sua de regno non contentus portione, Magnum ope Dani, & Norvegi, non satis feliciter impugnat.

Vandalici negotiatores, suis Bergæ privilegiis spoliati, Norvegiam infestant.

Archiepiscopus Daniæ, XXII. Augusti animam in vinculis efflavit.

Trugotus, X. Archipræful Daniæ.

Pallium Lundense, IV. millibus aureorum caput Romæ comparari.

1277.

MCCLXXVII. XXIV Januarii die, transfertur Cathedra à nova ad veterem Upsaliam, & una S. Erii reliquiæ, ut existimo.

Waldemarus Rex Dano stipatus, in Gallia per hyemem grassatur, & tandem ita Magno reconciliatur, quod Sueciâ & regio titulo permisis fratri, Gothiâ viveret contentus.

R. S. 90.

Coronatio Magni festo Pentecostes Upsaliæ celebratur.

Exuvie veterum Episcoporum, & Archiepiscoporum, IV Julii die, à rurali Upsalia, ad veterem seu Ostraarus deferuntur.

Constitutio inter Ecclesiasticos ac Politicos Norvegiæ inlyta discernitur.

Magnus Sveciæ Rex cum Hedvige Gerhardi filia Comitiss Holstatiæ, matrimonium Calmarniæ, Novembri mense, consummavit.

Andreas, XIV. Antistes Aslogensis circa eundem.

1278.

MCCLXXVIII. Norvegus in conflictu Scanorensi, à Danis & Vandalis superatus, Sueco Calmarniæ sequestro, utrisque amicitur.

Vandalicis mercatoribus, à III. Maji ad XIII. Septembr. diem negotiatio Bergæ conceditur, à vectigalibus libera.

Folchungi, quod alienigenæ primaria regni officia obtinerent, Regi indignantes, unum ex illis trucidant Ingemarum, socerum Magni captivant, & bellum inchoant.

S. Ingridis congregationem Scheningiæ instituit monialium, harumque fuit una Megtildis, Birgeri Jerl forsitan vidua.

Folcho, Sveciæ Archipræful, III. Martii, vitâ perfunctus, successorem habuit Jacobum, XI. Regni Metropolitanum.

S. Brynolphus, XXVII. Præful Scarenensis.

Circa eundem Nerua, XI. Bergenſis.

Gilbertus, IX. Hammarenſis.

MCCLXXIX. Folchungi blanditiis ſeducti, poſitis armis, Regem 1279.
conveniunt, & mox in vincula conjiciuntur.

Waldemarus Gothiam fratri ſpontè reſignat, & Magnus ita re-
gnum nactus utrumque, ſe Gothiæ Sueciæque Regem ſcribere orditur.

Ejuſdem filius primogenitus in fata conceſſit, Upſaliæ humatus.

MCCLXXX. Ericus parenti ſubrogatus mortuo in throno Nor- 1280.
vegiæ, paterna quondam ibi cum Clero pacta prorfus abrogavit. R.N. 92.

Archipræſul ab eo in exilium pulſus, interceſſione Pontificis non
potuit reſtitui.

Suecus in captivos gladio animadvertit Folchungos.

Mors Turgotum Daniæ Primatem, II. Maij die abſtulit.

Johannes, XI. Daniæ Archiepiſcopus.

Aſſerus, X. Antiftes Wexionenſis circa eundem.

Torfinius X. Hammarenſis hoc tempore.

MCCLXXXI. Hedvigis Sueciæ Regina, XXIX. Julii, corona Suder- 1281.
copiæ regali decoratur.

Ibidem rex Magnus ampliffima conceſſit regni Clero privilegia.

Margareta, Scotici Regis filia, Norvego fuit elocata.

Inſitoribus Vandalicis priſcæ confirmantur libertates, Bergæ nego-
tiandi.

S. Ingridis, confirmationem ſui conventus à Papa impetravit.

Jacobus, Sueciæ Archiepiſcopus, XXV. Octobris mortem ſubiit.

Johannes, XII. Sueciæ Metropolitanus.

Jacobus, XXII. Præſul Slevicenſis.

MCCLXXXII. S. Ingridis cum ſuis Scheningiæ conventualibus ini- 1282
tiatur.

Magnus, Rex Sueciæ, primum jact lapidem cœnobii apud Stochol-
menſes ſuburbani.

Filiam Rechiffam monaſtico vitæ inſtituto ibidem mancipat.

Quando regiæ ſuſtentationi, omnes regni metallifodinæ, & proven-
tus ex famoſis IV. Sueciæ Gothiæque lacubus, assignantur.

Suecus Scaræ poſtea cum Dano colloquens, filio ſuo ſponſam ob-
tinet illius filiam.

Ibi Danos Sueci catadromiis glorioſè ſuperarunt.

Margareta Danici mater Regis obiit.

In conventu Ordinum Nyborgenſi, ſeditio propter nimia gravamina,
componitur.

Inſignis Sueciæ heros Ulpho Caroli moritur.

S. Ingridis virginum Antifita Scheningenſium, II. Septembris obdor-
mivit in Domino.

Johannes infulam recuſat Upſalenſem.

Inguardus, X. Antiftes Roſchildenſis.

Jorunderus, XI. Hammarenſis, circa hoc tempus.

MCCLXXXIII. Ericus Daniæ Rex, à Waldemaro Jutiæ, ac Ja- 1283.
cobo Hallandiæ, principibus, injurias vindicaturis, ad necem quæſitus, eam
prudenter evaſit.

Magnus, Sueciæ nominatus XIII. Archipræſul, quod non impetratâ
Romæ licentiâ, inaugurationem Lundiaſe ſuſceperit, officio privatur.

Sophia, Waldemari conſors Regis, conceſſit fatiſ, ſepulta Ringſtadii.

Item Catharina, regis Magni nata, quæ requieſcit Upſaliæ.

- Margareta, Norvegiæ Regina, ultimum quoque debitum naturæ perfolvit.
1284. MCCLXXXIV. Waldemarus Jutiæ Dux, Danico cœpit clam inhiare scepro.
Norvegus illi fœderatus, quod fundos in Dania maternos non obtineret, bellum orditur.
Rex Daniæ in conventu Nyborgensi constitutiones abrogat iniquiores.
Primus Regum, Hafnensibus privilegia confirmat municipalia.
Birgerus Magni filius, Scheningiæ parenti successor fuit approbatus.
Ibidem Waldemarus suo ad thronum Sueciæ juri tertium renunciavit.
Magnus rex, edicto promulgato, insignem cuique Sueonum & Gothorum, domi suæ providet securitatem, hoc tempore.
Ab Ordinibus licentiam impetrat, liberale & regale condendi testamentum.
Cœnobium Stocholmiæ insulanum occœpit construere, ubi & sepulturam delegit.
Johannes, XV. Episcopus Ottoniensis.
Nicolaus, IX. Borglamensis.
Arno, X. Stavangrensis circa eundem.
1285. MCCLXXXV. Magnus, Sueciæ rex, XIII. Februarii, suum condens Scaræ testamentum, nullam potiore regni Ecclesiam, cœnobium & nosocomium, non donata omisit.
Idem officinas instituit monetarias, in VII. Sueciæ Gothiæque urbibus.
Rechissa regis filia Waldemari, Primislao Califfiensium, & Marina illius soror Rodolpho Depholtensium, nupsertunt Principibus.
Waldemarus, Dux Jutiæ, quod rebellionem denuò moliretur, à Dano captivatur.
Jacobus Hallandiæ comes, factionis socius, sibi quoque timens, opem Norvegi exorat.
Ericus, Noricorum monarcha, Danos & horum fautores bello infestat navali.
1286. MCCLXXXVI. Waldemarus, Dux Slesvicensis, initio veris, gravibus sanè conditionibus provinciæ ac libertati restituitur.
Primislao nascitur filia, Rechissa, quæ Cæsaribus & Regibus Europæ dedit originem.
Visbyenses suam mœnibus circumdant urbem, rege Sueonum indignante.
Ericus, Daniæ Tyrannus, à primariis regni Proceribus, XXII. Novembris necatur, & Wiborgi humatur.
Succus non pauca in regno suo construit Franciscanis passim monasteria.
Jorunderus, XIII. Norvegiæ Metropolitanus, circa hoc tempus.
Benedictus, XII. Præsul Lincopensis.
Giesico, XVI. Ottoniensis.
1287. MCCLXXXVII. Folcho Algotius, cum sponfa profugiens alterius, patrem & fratres in multam conjecit angustiam.
R. D. 103. In Comitibus, mense Aprili, Nyborgensibus, Ericus duodennis, Erici filius, Rex Daniæ, & Prorex Waldemarus, Jutiæ Dux, constituuntur.
Ibidem X. regni proceres, commisisse regicidium deprehenditur,
qui

qui propterea bonis exuti & proscripti, in Norvegiaque suscepti, patriam novennio impugnarunt.

Waldemarus, Regis tutor, bona recuperat amissa, Fimbriamque & Arrhiam.

Torstanus, XII. Præful Hammarenfis.

MCCLXXXVIII. Suecus à Petro Porfe Dano fraudulenter captivatus, ad solutionem mutuati compellitur argenti. 1238.

Waldemarus, quondam Sueciæ Rex, quod rebus iterum novis studere perhiberetur, Nycopiæ traditur custodiendus.

Optimates ex Dania exulantes, auxilio Norvegi crudeliter patriam vastarunt.

Ingeburgis, Suecici Regis filia, Erico Danorum Regi desponsatur.

Visbyenses & agricolæ Gotlandici, quod mutuis se cladibus affecissent, graviter à Rege Sueonum velut domino mulctantur.

Megtildis, vidua Birgeri Jerl, ut reor, & monicha Scheningensis, moritur.

Magnus rex, hujus privignus, Cœnobium S. Ingridis in urbem transtulit Scheningensem.

Benedictum Magni fratrem mors XXV. Maij abstulit.

Margareta Waldemari filia Regis Cœnobium ingreditur Scheningense, nec egreditur.

Ericus, Daniæ rex optimus, anno exeunte fuit inauguratus.

Laurentius, XII. Antistes Lincopensis hoc tempore.

Bartholdus, XIII. Slesvicentis.

Christianus, XX. Ripensis.

Josephus, X. Borglamenti.

Boëtius, XI. Wexionensis, circa eundem.

Johannes, VIII. Finlandiæ.

Evindus, XV. Aslogensis.

MCCLXXXIX. Dania Johanne, & Suecia Magno, suis orbantur 1289.

Archiepiscopis.

Illa Johannem Grand, XII, & hæc Johannem XIV. consequuntur Metropolitanos.

Iste territus infortunio antecessoris, Romæ, non Lundia, flagitat confirmationem & inaugurationem, nec minas curat Lundenses.

S. Brynolphus, Scarenfis Præful, gratiæ restituitur Magni regis, sed fratres plectuntur, velut raptui consentientes.

Norvegius Jutiam Dania prædatur.

Revaliensibus Episcopum, Dano inconsulto, ut liceat eligere, decernitur.

Montismarianum in Sudermannia surgit monasterium hoc tempore.

Christianus, XIV. Præful Arhusiensis.

Magnus, IX. Finlandiæ, circa eundem.

Circa MCCXC. Ericus, Norvegiæ Rex, ob crebras in Dania vi- 1290.

storias, festo Paschæ coronâ redimitus, palam triumphavit.

Archipræful Sueciæ Upsalensis, contra Lundensem Dania, ad Romanum provocat tribunal. quò suos uterque mittit procuratores.

Calceatis prohibetur archiodæum ingredi Upsalensis basilicæ.

Sueones pestem averfuri, miram agunt sanè pœnitentiam.

Magnus, eorundem rex præstantissimus, XVIII. die Decembris charum Deo spiritum exhalavit; Sed corpus Stocholmenses sepeliverunt Franciscani.

- R. S. 91. Birgerus, minorennis Magni filius, sceptrum capit, cujus loco
Torchillus procerum maximus, regnum XII, annis feliciter gubernat.
1291. MCCXCI. Waldemarus rex, liberiolem nanciscitur Nycopiæ cu-
stodiam.
Ericus autem filius, Stocholmiæ in vinculis detinetur ad mor-
tem usque
Motalensis fluuius à rapido, contra naturam, subsistit cursu pro-
digiosè.
Pestis incendio conflagrat Sueonia.
Hac Amundus Stregnensis Antistes, & Boëtius Wexionensis, obi-
erunt.
Stregnensis basilica consummata, initiatur, & mox concrematur.
Archipræsul Sueciæ Johannes in Romano moritur itinere, VIII.
Septembris.
Verum S. Nicolaus, modò Scheningiæ nascitur.
Norvegus & Proceres Daniâ extorres, Falstria diripuerunt, &
mare infestauerunt.
Margareta, Norvegi filia, sceptrum Scotiæ captura, moritur circa
hoc tempus.
1292. Circa MCCXCII. Ericus, Norvegiæ Rex, thronum ambiens Sco-
tiæ, velut hæres filia, causâ cadit, Anglo iudice.
Nicolaus, XV. Sueciæ Archiepiscopus evadit, qui modò Romæ
constitutus, cum Lundensi per quadriennium disceptavit.
Wexionenses Lundensi hætenus faventes, XX Julii, culpam Upsa-
liæ deprecantur.
Haderslevia Daniæ, fori & urbis jure donatur.
Isarus, VI. Stregnensis antistes.
Circa eundem Thomas, XII. Wexionensis.
Petrus, IV. Arosiensis.
Johannes, XV. Arhusiensis.
1293. MCCXCIII. Sueci Careliam armis suo addiderunt imperio, & Kex-
holmiam occuparunt.
Wiburgum Careliæ fundatur hoc tempore.
Norvegus pacisci cum Dano recusans, exclusis exulibus, bellum
continuat.
Agnes, Daniæ Regina, secundas adit nuptias cum Johanne Vagri-
orum Comite.
Valdemarus rex vinculis & vitâ perfunctus, in Vreteni fertur
conditus cœnobio.
1294. MCCXCIV. Dani Hallandiam modico successu impugnarunt.
Archipræsul Daniæ, suspectus factionis cum regicidis, capitur.
Danus sibi vendicat potestatem, Revaliensibus Episcopum nomi-
nandi.
Moschi Kexholmiam, cæso Sueonum præsidio, recuperarunt.
Primislaus, Rechissam tantopere pulsavit, ut mortem inde con-
traheret, Posnaniæ sepulta.
S. Brynolphus, mortuum suscitavit avunculum circa hoc tempus.
Ranno Jonæ, unus regicidarum, Roschildiæ mactatur.
1295. MCCXCV. Dux Slesvicensis, Fimbriam Dano abnuens resignare,
& propterea cum illo belligerans, superatusque, semestres impetrat inducias.
Hinc autem fœderatos magis formidans Danus, Norvegum & pro-
scriptos, cum iis annuas belli ferias, XXV Septembris sancivit.

Primislaus rex Poloniae, gener Waldemari quondam in Suecia regis, fraude peremptus, conjugis Rechissae luit interitum.

Codex legum Sueticarum à gentilium fermento purgatur, & jure locupletatur Christianis.

Nicolaus, ut reor, Sueciae Archipræful, Danico prævalens Primati, confirmationem Romæ, consecrationem & liberationem à jugo impetrat Lundensi aliquandiu hoc tempore.

Archipræful Daniae, XIV. Decembris ex custodia evadens, Romamque profugiens, Upsalensem & domesticos incusat adversarios.

Sophia, tertia Waldemari filia Regis, Erico Longlandiae Principi copulatur.

Circa eundem uterque fedit, Nicolaus, V. Antistes Arosiensis.

Amundus, XVI. Aslogensis.

MCCXCVI. Castigatum legis Suecicae volumen, Rex II. Januarii 1296. approbavit.

Danus Fimbriâ, Alfiâ & Arrhiâ recuperatis, cum principe transigit Slesvicensi III. Februarii Vordingsborgi.

Sed Norvegus in biennes solum cum Dano inducias consensit.

Ericus quoque Danorum rex, superatus Romæ, Archiepiscopo XLIX. mille argenti libras pendere obligabatur.

Connubium illius & Ingeburgis Suecæ, mense Junio celebratur.

Archipræful Sueciae, XXIX. Julii, primis Upsaliae operatur sacris.

Monasterium in Islandia conditur Modruvallense.

MCCXCVII. Rex Daniae offensas fratri condonat Christophoro. 1297.

Novus Sueciae Metropolitanus synodum Arbogiae celebrans, quasdam edit constitutiones.

MCCXCVIII. Mereta soror Dani, Sueco copulatur. 1298.

Sueones, nuperam vindicant cladem à Ruthenis susceptam, & construunt in collimino Noteburgum.

Prorogatio induciarum VIII. Septembris inter Danos & Norvegos approbatur.

Isarnus, Papæ Legatus, hortatur Danum ad satisfactionem sententiae, & Archiepiscopi restitutionem.

Castrum in Vestrogothia conditur Lechense.

MCCXCIX. Legatus Pontificis, Isarnus, quod nollet Rex Daniae 1299. sententiam exsequi Romanam, renovat interdictum.

Lubecentes Daniae Regem eligunt protectorem, ipsi DCCL marcas ideò quotannis numeraturi.

Ericus Norvegiae Rex, VIII. Maji die, fati succumbit extremis, R. N. 93. fratri commendans sceptrum Haquino.

Islandi Norvegicum excutere jugum, velut intolerabile, machinantur.

Suecus Clerum onerans contributionibus, evadit odiosus.

Funus Johannis Archiepiscopi ex Latio in Sueciam transfertur.

MCCC. Dominium Archiepiscopae Rigenfis, Dano præsentatur politico. 1300.

Qui ditionem in Vandalia mercatus Rostochiensem, armis eam subdere conatur.

Prius tamen cum novo Norvegorum Rege conclusit, XVIII. Augusti, procrastinationem induciarum.

Verum Suecus Anglo planè fuit reconciliatus.

Translatio Cathedrae in Finlandia Rendamechensis peragitur.

Ulpho Gudmarsonius, S. Birgittæ maritus, nascitur hoc tempore.

Canonizatio similiter S. Henrici consummatur XVIII. Junii, hoc tempore.

B. Biorn obiit, Lincopiæ sepultus, hoc tempore.

Cænobium Scogense translatum, & instauratum, XXVIII. Augusti consecratur.

Quando filium genuit Mereta Birgero regi Magnum.

Petrus, XVII. Præful Ottoniensis.

1301.

MCCCI. Captum Rutheni Noteburgum everterunt.

Danus in Vandalia cum Rostochiensibus adhuc belligerat.

Henricus, XIII. Antistes Wexionensis, circa eundem.

1302.

MCCCII. Primas Daniæ Johannes Grand, suæ cum Rege diffidens transactioni, patriâ desertâ, se contulit Lutetiam.

Ericus rex, quàm humillime supplicat Pontifici, ut Ecclesiæ restitueretur communio, patria interdicto liberaretur, & Ifarnus regni Archipræful nominaretur, hoc tempore.

Rostochiensis, privilegiorum pacti immunitatem, se Danorum Regi dederunt.

Ibi castrum fundatur Danaborgum.

Inauguratio Birgeri & Meretæ, multâ Sudercopiæ pompâ celebratur.

Waldemarus, frater Regis, contraxit ibi matrimonium cum Marschalci filia.

Sed Ericus, fratrum tertius, regis filiam Norvegici sub finem anni sibi despondet.

1303.

Circa MCCCIII. Norvegus, futuro sequestre genero, fœdus cum Sueco pangit in hostium quoslibet.

Dania consensu Papæ ab interdicto liberatur; Damna Ecclesiæ compensantur Lundensi, & Ifarnus infulâ ejus ornatur; Sed antecessor Rigensem habiturus est.

Ericus Daniæ rex, Christophoro fratri Ducatum Estoniæ in feudum contulit.

Norvegus Upsaliæ constitutus, IV. Maij donatur reliquiis S. Erici.

In comitiis Ordinum Stocholmensibus, Magnus parenti successor in throno Sueciæ approbatur.

Ibidem filia Comitissæ Ravensburgensis, Torchillo Regni Marschalco copulatur.

Birgerus, assignatâ modò fratribus regni portione non modicâ, cœpit illorum opulentia ac potentia invidere, ruinamque ipsis moliri.

Domus Parisiis in vico serpentis sita, pro studiosis ex Suecia comparatur.

Kethillus, XI. Præful Stavangrensis circa eundem.

1304.

MCCCIV. Ericus & Waldemarus Sueciæ Principes, à Rege fratre toti regno inhiante, per summam expulsi injuriam, à Norvegoque suscepti, patriam crebro infestarunt.

Gulbergensis & Dalaborgensis construuntur arces.

Norvegus induciis abruptis, hostiles facit in Daniam excursiones, & tales vicissim ab hoste illatas, sustinet.

S. Brynolphus Scarensum Præful ab Haquino Rege unâ donatur spinâ ex Christi corona.

Ifarnus, XIII. Daniæ Metropolitanus, ex Latio inauguratus, & primatu Daniæ Sueciæque ornatus forte, regreditur. Sed prædecessor adhuc Lutetiæ commorans, Rigensem temnit Cathedram.

S. Birgitta, clarissimo in Scandia genere propagata, nascitur hoc tempore.

Wal-

Waldemarus Danici regis frater obiit.

Circa eundem federunt, Helgo, XVII Antiftes Aslogensis.

Arno, XII. Bergenfis.

Ingialdus, XIII. Hammarenfis.

Arnerus, XII. Scalholtenfis.

MCCCV. Nicolaus Sueciæ Archipræful, IV. Februarii die obiit, 1305.

& quadriennio vacat Cathedra Upfalensis.

Ericus & Waldemarus, principes Sueciæ exules, Norvegico armati exercitu regi Birgero belligerare parato occurrentes, procerum interventu, fratris gratiæ, patriæ & bonis, XV. Februarii, restituntur.

Comitatum Hallandiæ borealem Comes Jacobus, accepto precio, Norvegiæ XX. Aprilis incorporavit, quem Dux Ericus in feudum nactus suum, Varbergo & Hunehalsio præsidium imposuit.

In vernalibus Stregnesiæ comitiis Suecus Clerum placaturus offensum, privilegia illi confirmavit.

Danus, Norvegus & Holfatus suis spondent apud Suecum literis, quod Sueciæ Duces pactis sint adhæsuri.

In conventu Helgingborgensi, renovantur induciæ Danum & Norvegum inter.

Ibidem proceres Daniâ extorres, denuo regicidii condemnantur.

Duces autem Sueciæ, culpam discordiæ inter se & fratrem totam imputantes Torchillo Marschalco, persuaserunt Rêgi, ut vincetus Stocholmiam mitteretur.

Cujus ibi filiam Dux Waldemarus, prætextu cognationis spiritualis, repudiavit, aliam in Norvegia ducturus uxorem.

Nosocomium Upsalense à M Andrea Præposito fundatur & dotatur.

Carolus, VI. Præful Arosiensis, circa eundem.

MCCCVI. Torchillus, ceu tutor iniquus, consultor malorum, 1306.

& Clero injurius, X. Februarii percussus securi occubuit.

Danus, novâ per Norvegum & regicidas clade affectus, patriæque misertus, stabilem cum Haquino pacem inivit, exclusis sicariis, qui propterea Romam appellarunt.

Islandis culpam rebellionis deprecantibus, Norvegus offensâ condonat.

Ericus & Waldemarus, Sueciæ principes, exilium vindicare molientes, aut novis forsitan insidiis Birgeri occurrere volentes, illum XXIX Septembris, cum uxore & familiâ captum regia, Nycopenfi tradiderunt custodiæ.

Operam dein sedulam regno impenderunt subjugando.

Primogenitus regis, Magnus, insidiis ereptus, & in Dahiam perductus, avunculi opem parentibus imploravit.

Danus hinc motus, controversiâ cum Duce compositâ Slesvicensi, Sueciam invadit, & annuas pactus cum hoste inducias, ut interea de captivorum ageretur liberatione, domum signa indè convertit.

MCCCVII. Suis Duces Sueciæ rebus prospecturi, sibi regnum 1307.

subdunt; incolas sibi devinciunt; Norvego bellum in Danum, ceu pacis transgressori, persuadent; proscriptos attrahunt, sicut & Christophorum Dani fratrem, & militem ex Germania comparant.

Nec hostis dormitans, Holfatos ad sua pertrahit castra, Christophorumque frustra conans fidum sibi reddere, Hallandiæ ipsum australis ornat Ducatu, & blanditiis Norvegum permovet, ut pace secum renovatâ, & filiâ Erico Sueciæ Duci negatâ, deponeret arma, Magnoque Birgeri filio Ingeburgem annueret.

Dux Ericus horum ignarus, sponsam flagitat, & responsum nactus, ut Hallandiam prius resignaret, fraudem intelligit, & Danum bello accinctum Suecico anteverfurus, hosticum invadit.

Demum armis utrinque positis, mensē Decembri, inducias approbant, & captivorum ponderant frustra liberationem.

Johannes Grand, insulam nactus Bremensem, non minus ibi quàm in patria tumultuabatur.

1308.

MCCCVIII. Ericus Daniæ rex, tertiam instituens militiam, pro sororii & sororis liberatione, immensas in Sueciam adducit cohortes.

Nec cum minoribus obvians Dux Ericus, cum Dano sesquiennales paciscitur II Maij die inducias, & Birgero fratri libertatem pollicetur, si cautionem velit dare, interea præscribendam.

Quam non averfatus Birgerus, factâ sanctè amnestia, offensas condonat, & ita libertate donatus, profugit in Daniam, indeque vindictam in fratres machinatur.

Christophorus Dux Hallandiæ, ob secretas cum hoste collusiones aliquandiu molestatus, tandem gratiæ restituebatur fraternæ.

Norvegus Erico Duci Kongellam extorturus Marte, cum arte non posset, eam oppugnat.

Quando Bohufense propinquum condidit propugnaculum.

Transactio inter Danos & Norvegos, XXIX. Augusti facta, mutuum in hostes fœdus; Magno Ingeburgem; Haquino bonorum loco in Dania maternorum, Hallandiam borealem; Regicidiis perpetuò exulaturis, bona hæreditaria comprobavit.

Ericus Dux, tantam Norvegi perfidiam vindicaturus, regnum illius devastat, & Achershufium mensē impugnat Decembri.

Sepultura B. Erici prima, Upsaliæ novæ XXIV. Novembris investigata, lapide sternitur marmoreo.

Nicolaus, XVI. Archipræsul Sueciæ.

Circa eundem, Torderus, IX. Gardensis Episcopus.

Lodinus, X. Ferogensis.

Storbernus, VII. Stregnensis.

Ragvaldus, IX. hoc tempore Finlandiæ.

1309.

MCCCIX. Sueci & Norvegi mutuis se cladibus graviter afficiunt.

Haquinus rex Norvegiæ, XVI. Maji, & XVIII. Julii, cum Dano transactioni subscripsit, filiam & regnum promittens Birgeri filio.

Principio autumnii, Danus sororium cum exercitu instructissimo in Sueciam reducens, Nycopiam Septembri mensē obsidet.

Duces hostem aperto non audentes Marte aggredi, ipsam ex insidiis statuunt adoriri.

Norvegus interea Kungellam, fraudulenter proditam occupavit.

In Decembri obsidionem Reges solvunt Nycopensem, & cum abentibus ita hostibus conveniunt Duces, ut regnum promiserint Birgero, & novum approbarint colloquium, anno sequenti hoc super negotio habendum.

Circa eundem Eilephus, XIV. Norvegiæ metropolitanus.

Johannes, XXI. Præsul Roschildensis.

Haquinus, XII. Stavangrensis hoc tempore.

Johannes, XXIV. Slesvicensis.

1310.

MCCCX. Ericus Dux Kongellam expugnavit, & rogatus à Norvego, arma paulisper deposuit.

In conventū Helsingburgensi, factâ regni divisione, & offensarum condonatione, Duces XX Julii cum fratre concordantur Birgero.

Ibi Sophia, Dani sorore genita, Duci fuit Erico desponsata, & Magno Ingeburgis confirmata.

Ifarnus Daniæ Archiepiscopus, ad Salernitanam transfertur Ecclesiam. Amernus, Sueciæ Prorex, diem obiit.

Esgerus, XIV Daniæ primas,

Circa hoc tempus, Carolus, XIV. Episcopus Lincopenfis.

Magnus, Wexionensis XIV.

Esgerus, XVI. Arhusiensis.

Circa MCCCXI. Norvegus, quod jus in borealem sibi Danus Hallandiam arrogasset, ipsius spretâ amicitia, & pristina cum Duce Erico Hallandiam resignante, instauratâ, ipsi filiam XIV. Maji, & cum ea thronum Norvegiæ, sed Waldemaro Duci fratris sui spondit natam. 1311.

Ericus Danorum Monarcha, sub Rostochio cum Vandalia principibus colloquens, Rostochenses illorum ope domandos censuit.

Qui regem prævenientes, inito cum Vandalia urbibus fœdere, Danaborgum expugnant, & Daniam ipsam acriter impugnant.

Ericus, Sueciæ princeps, celebriora Europæ oppida religiosè & gloriosè perlustravit.

Sueciæ ac Daniæ Archipræsules, in concilio decertant Viennensi, nomine primatus.

Quidam in Suecia laicus, corporis præsentiam Dominici, in Sacramento impiè oppugnat.

MCCCXII. Danus Vandalicorum ope principum, obsidet Rostochium. 1312.

Ericus Dux Sueciæ, XVII. Aprilis, sororio pollicetur in Rostochiensibus subsidium.

Lubecensibus, mense Augusto, licentiam concessit per Nynum velificandi Novogardiam.

Idem XXIX. Septembris cum Ingeburge Haquini, & frater Waldemarus cum Erici, Regum filibus Noricorum, ineunt connubia.

Pactum anni MCCLXVI. inter Norvegum & Scotum in Novembri renovatur.

Initio Decembris Rostochium Erico regi deditur.

Danus ob repudium Sophiæ offensus, cum Erico & Haquino transigit.

Anfrinus, XIII. Antistes Bergensis hoc tempore.

MCCCXIII. Griphisvaldenses gratiam Danici regis care mercantur 1313.

XXV. Januarii.

Mense Junio, Ericus Sueciæ Dux, ob repudium Sophiæ, argento mulctatur.

Euphemia, principis Rugiani filia, Magno Birgeri filio, sponsa promittitur.

Ericus Dux Jutiæ, Langlandiam & Frisiam resignans, gratiam Dani IX. Augusti recuperat.

Suecus Finnorum, & Danus Jutorum, graviter mulctarunt rebellionem.

Duces Sueciæ novis in patriam adductis conjugibus, repotia Ludosiæ celebrarunt.

Contributio sexennalis, Scondiæ Clero imponitur, pro Sarracenorum expugnatione.

Johannes, XXI. Præsul Ripensis.

Augdunus, X. Holensis.

MCCCXIV. Controversia inter Daniæ Regem & Jutiæ Ducem 1314.

recrudescens, induciis componitur.

Dux Rugiæ Sundenses ope Dani perdomuerat.

Wiborgi XVI. Julii, in factiosos XVII. Daniæ proceres, animadvertitur.

Danus Sueciæ Ducibus promittit opem in occupando Norvegiæ throno post Haquini obitum.

Dux Waldemarus, factâ provinciarum cum fratre Erico divisione, Romam & Hierosolymam peregrinatur.

Rebellio Gotlandis in conventu Sudercopenfi condonatur.

In quo simul Rex, novum à sectatoribus IX. Octobris exigit juramentum.

Hinc Ducum servitores honorarii meritò sibi timentes, protectionis literas à Dano impetrarunt.

Synodus provincialis Calenburgi, mense Septembri frequentatur.

Antistes Lundensis in concilio nuper Viennensi potitus forte victoriâ, modò Upsalensem subjectionis, & expensarum admonet refundendarum.

Taxa sexennialis, ad DCXXXIX. marcas, ex diœcesi solùm Upsalensi ascendit isto anno.

Arno, X. Præsul Gardensis.

1315. MCCCXV. Danus Sundenses domiturus, cum Principibus Scandiæ ac Vandaliaë pangit fœdus, & XXVII. Junii cum Polono, Suecis & Norvegis prius confœderatis.

Nicolaum, Sueciæ Archipræfulem, XXX. Maij mors abripuit de Cathedra.

Olaus, XVII. Sueciæ Metropolitanus nominatus, decreti vigore Pontificii spondet Lundensi subjectionem, & postulat inaugurationem.

Candidatus Lundiaë, XX. Novembris cum Esgero factâ controversiarum transactione, consecratur.

Ericus Danorum rex, vocatis in subsidium Sueciæ Ducibus, rebellis arma intulit Jutiaë principi; Quæ tamen mox deposuit, hosti XIV. Decembris reconciliatus.

Olaus, XXII. Episcopus Roschildensis.

1316. MCCCXVI. Danus Suecorum & aliorum nixus auxilio confœderatorum, mense Junio Stralsundium cœpit oppugnare.

Olaus, Sueciæ Archipræsul, opem suæ Ecclesiæ à Politicis oppressæ implorat Johannis XXIII. Pontificis.

Primas etiam Daniæ, movens frustra eandem querelam, à Rege magis opprimitur.

Magnus Erico Duci nascitur filius.

Sundenses obsidione liberati, Rugiam infestant, & Dux Christophorus Fioniam.

1317. MCCCXVII. Princeps Magnipolensis, feudo per Danum investitur Rostochensi.

Pontifex, Avennione III. Februarii, tutelam Ecclesiæ Upsalensis, & litium cum adversariis decisionem, mandavit Nidrosiensi, Scarensi & Arosiensi, Antistitibus.

S. Brynolphus, protectorum unus, Scarensis Præsul, VI. Februarii terram cœlo permutavit.

Festo Pentecostes, Rex Daniæ cum Marchione Brandenburgensi, & fratre Christophoro in gratiam rediit; sed ultimo anni exeuntis die, cum Principe Slesvicensium.

Birgerus autem Sueciæ Rex, suæ hactenus captivationis vindictam diffimulans, Ericum & Waldemarum magnifico Nycopiæ convivio exceptos,

XI. Decembris, in squalidissimum compegit carcerem, in quo ille XVII & hic XXII. mensis ejusdem, inediâ mortui perhibentur.

Benedictus, XXVIII. Antistes Scarenfis circa eundem.

MCCCXVIII. Rex fratrum timens sectatores ad arma passim concurrentes, Nycopiâ profugit Stegeburgum. 1318.

Inde fautores Ducum obsederunt Nycopiam, & Birgerus ex Dania cum filio Magno subsidium nactus, Gothiam obvagatur.

Sed ab hostibus profligatus sæpenumerò, Stegeburgum filio commendat, inque Gotlandia captat refugium.

Mox adversarii Stegeburgum arcta ligant obsidione, & regno passim triumphant ope Norvegi; ad illorumque profugiunt castra Christophorus Danici regis frater, & Archipræsul Danorum, regiam detestantes tyrannidem.

Itaque Danus Hallandiam & Boreholmiam expugnavit.

Matthias Ketelmundius, in conventu ordinum Scarenfi, Gubernator Sueciæ, Junio mense, designatur.

Principio Julii deditam capit ille Nycopiam, & diruit, exequisque Ducum peractis, Stegeburgum expugnat, & Magnum Regis filium incarcerat.

Matthias, occupato & pacato Sueciæ regno, arma convertit in Dania, Christophoro & Esgero commilitonibus.

Danus hosti non audens occurrere, inducias flagitat, & aliquantulas impetrat difficulter, victore Sueciam repetente.

Princeps Jutiæ bellum quoque moliens, à rege placatur, quique nervum belli comparaturus, Scaniam pro sex millibus & octingentis marcis, oppignoravit.

Molchus Finlandiam populatur, à Dano forsitan instigatus.

Mense Novembri Roschildiæ Sueci & Norvegi, cum Danis triennales paciscuntur inducias; ut interim controversiæ deciderentur, & pax instauraretur.

S. Birgitta, prænobili viro Ulphoni Gudmarfonio elocatur hoc tempore.

MCCCXIX. Commissarii Suecici & Norvegici Danicos Helfinburgi convenientes, cum iis litem transigere non poterant. 1319

Magnus, Erici filius Ducis, mense Junio à Suecis Rex eligitur. R. S. 92.

Haquinus, Norvegiæ Rex morte nunc sublatus, Magno velut ex filia nepoti, sceptrum quoque Noricum transmittit. R. N. 94.

Matthias Ketelmundius, regnum Sueciæ Regis loco minorennis, ex consilio Ingeburgis & senatus, feliciter diu gubernat.

Ingeburgis, nomine filii Ludosiæ, XXVIII. Julii, Clero Suecico roborat privilegia.

Regina Daniæ Ingeburgis, consensu mariti fit monialis Roschildiæ.

Ibi XV. Augusti finiens religiosè vitam, Ringstadii humatur.

Ericus rex conjugem XIII. Novembris in fata subsequens, ibidem conditur.

Christophorus Dux, ab exilio regressus, thronum prænsat Danicum.

Sed Esgerus, primas Daniæ, Romam ex Sueonia profectus, ibi gravissimè queritur.

Novembri mense decernitur à Suecis in Gotlandiam expeditio, Birgerum inde primo vere profligaturis.

Quando Johannes Brunco, ob Ducum mortem, supplicio Stocholmiæ affectus, monti vocabulum indidit.

Israël, VII. Præsul Arosiensis circa eundem.

MCCCXX.

1320.
R.D.104. matur. MCCCXX. Christophorus Dux, XXV. Januarii, rex Daniæ proclama-
Birgerus rex, intellecto Sueonum adventu, ex Gotlandia in Dani-
nam abiit.
Magnus, Birgeri filius, quod patriam impugnasset, XXI Octobris
morti adjudicatus, ipsam XXVII. subivit.
Fymbri, VI. Decembris spondent Dano subjectionem.
Johannes, XXIII. Antistes Roschildensis.
1321. MCCCXXI. In Dania rex Birgerus XXXI Maij obiens, condi-
tur Ringstadii.
Islandi, Magno regi spondent subjectionem.
Esgerus, à Legato Papæ in Daniam reductus, XXIII. Augusti,
bonis & Ecclesiæ restituebatur.
Circa eundem sederunt, Salomon, XVIII. Præsul Aslogensis,
Ericus, XIII. Stavangrensis.
Grymerus, XIII. Scaltholtenensis.
1322. MCCCXXII. Christophorus, & filius Ericus, Vordingsborgi festo
Pentecostes inaugurantur.
Postridie Christophorus movens Archiepiscopo litem, Borenhol-
miam illi extorsit.
Idem Margaretam deponat filiam Marchioni Brandenburgensium
Ludovico.
Funus Ducis Erici, consensu Archipræfulis, Upsaliæ humatur; sed
Ducis Waldemari, Stocholmiæ remansit.
Georgius, Novogardiæ princeps, Wiborgum vano impugnat conatu.
Benedictus, XI. Episcopus Finlandiæ hoc tempore.
Laurentius, XI. Holensis.
1323. MCCCXXIII. Christophorus per tyrannidem imperans Danis, Ar-
chipræfulem & procerum quosdam habet adversarios.
Idem Megapolitano feudum confirmat Rostochense.
Haquinus, VIII. Antistes Arosiensis, circa eundem.
1324. MCCCXXIV. Danus initio veris Hammarhusium Borenholmiæ
impugnat, Esgero illud rebelli erepturus.
Idem Margaretæ nuptias filiæ celebrat.
Petrus, XV. Præsul Wexionensis, circa hoc tempus.
1325. MCCCXXV. Esgerus Daniæ primas, VII. Januarii, vivis excessit.
Item Ericus Dux Jutiæ XII. Maij.
Rex minorenni ejus filio Waldemaro, Ducatum subducere machi-
nans, ab Holfato, pueri avunculo, indè profligatur.
Sed mense Augusto, Hammarhusium rex Daniæ capit sibi proditum.
Carolus, XV. Daniæ Metropolitanus.
Ericus, XXIX. Antistes Scarenensis, circa eundem.
Alpho, XI. Gardensis.
1326. MCCCXXVI. Christophorus ob tyrannidem regno pellitur, &
filius in vincula Ericus conjicitur.
R.D.105 Waldemarus, Dux Slesvicensis, Nyburgi XXV. Augusti rex à
Danis nominatus, privilegia Ordinibus roborat, & provincias turpiter ab-
alienat.
Ramborgis à Vijch, morte occumbens naturali, humatur in Eccle-
sia Achrensi.
Paulus, XV. Norvegiæ primas hoc tempore.
Sueno, XVII. Præsul Arhusiensis.

- Tycho, IX. Wiborgenfis.
 MCCCXXVII. Perilluftris heros Canutus Porfe, à Waldemaro Dux
 creatus, Ingeburgem Erici viduam Ducis obtinuit conjugem, Rege pri- 1327.
 vigno fruſtra obluſtante.
 Halmſtadium jure civitatis ornatur.
 Magnus, Rex Sueciæ & Norvegiæ, vitricum bello infeſtans, ipſi
 Axevaldium eripit.
 Tycho, XII. Borglamenſis Epifcopus.
 MCCCXXVIII. Gerhardus Holſatiæ Comes, Regis tutor Walde- 1328.
 mari, & Daniæ Gubernator, Sielandos ob tributa rebelles nimia, XIV.
 Septembris graviter afflixit.
 Dani Germanorum pertæſi tyrannidem, Chriſtophori moliuntur
 revocationem.
 Quo ille nuncio non parum exhilaratus, bellicum contrahit ap-
 paratum.
 Jacobus, XXII. Antiftes Ripenſis.
 MCCCXXIX. Chriſtophorus partim marte, partim arte Daniam 1329.
 recuperat, & filium de cuſtodia liberat, regniſque provincias Holſatis ſto-
 lidè oppignorat.
 Fœminis licentiam concedit Eſtoniæ, hæreditatem cum viris ca-
 peſcendi cohæredibus.
 Magnus, Rex Sueciæ & Norvegiæ, in vitricum mense Auguſto
 pangit cum Verlenſibus fœdus Principibus.
 Botolphus, XIV. præful Hammarenſis circa eundem.
 MCCCXXX. Chriſtophorus vindictæ cupidus, Holſatos bello la- 1330.
 ceſſit, & ab iis ſuperatus, conditionibus minus regno tolerabilibus, pacem
 mercatur.
 Quando princeps Waldemarus, regio titulo & officio palàm renun-
 ciavit.
 Canutus Porfe, Dux Hallandiæ, feſto Paracleti moritur, binis ex
 Ingeburge filiis relictiſ.
 Sed Euphemia, regis uxor Danici, XXVI. Julii decedens, Soræ
 quieſcit.
 Johannes, XXIV. præful Roſchildenſis.
 Jonas, XIV. Scalholtenſis.
 MCCCXXXI. Sollennitas corporis Dominici celebranda Danis com- 1331.
 mendatur.
 Generale Franciſcani Ordinis Capitulum Scaræ habetur.
 Gerhardus & Wademarus, profligato iterum Chriſtophoro, XXX
 Novembris, Daniæ ſibi dominium arripuerunt.
 Ericus, Chriſtophori filius, accepto vulnere occubuit, & frater Otto
 captivatur.
 Circa hoc tempus federunt, Petrus, XXX. Scarenſis Epifcopus.
 Haquinus, XIV. Bergenſis.
 Egillus, XII. Holenſis.
 MCCCXXXII. Chriſtophorus, mense Januario, carè nimis ſceptrum 1332.
 redemit Danicum ab hoſtibus.
 Scaniam Daniæ provinciam Holſatis à Chriſtophoro oppignora-
 tam, Sueci pro LVI. librarum millibus argenti, compararunt.
 Magnus, Sueciæ & Norvegiæ Rex, Scanis mense Junio privilegia
 confirmat.
 Quando & Hafniam, Daniæ regiam, à Conrado von Pleſſen, pro
 VII. millibus argenti libris redemit. Oz Bar-

1333. Bertholdus, XII. Antistes Gardenfis.
MCCCXXXIII. Olaus, Sueciæ Archiepiscopus, XI. Martii vitam terminat.
Christophorus Rex, captus ab Holfatis Saxcopiæ, Aleholmiam perducitur.
Deindè fratris beneficio liberatus, XV. Julii obiit, Soræ tumultus. Postea, sicut & prius, Dania per septennium graviter iugo pressa Holfatorum, miserabiliter ingemuit.
Petrus, XVIII. Sueciæ Metropolitanus.
Odgislus, IX. Præsul Arosiensis, circa hoc tempus.
1334. MCCCXXXIV. Carolus Sconia Archipræsul, XVI. Maij valedixit mundo.
Waldemar, Slesvicensium princeps, sceptrum Daniae sibi de nuò vendicat.
Lex mancipia vendendi, apud Vestrogotos abrogatur.
Peculiaris legum codex, traditur Sudermannis Sueciæ.
Petrus, XVI. Scania Archipræsul.
Sigvardus, XII. Antistes Feroensis hoc tempore.
1335. Anno MCCCXXXV. Blanca Comitis in Francia Nemursensis filia, Magno Sueciæ & Norvegiæ regi elocatur.
Euphemia verò Magni soror, Alberto Magnipolensium Principi desponsatur.
1336. MCCCXXXVI. Albertus & Euphemia connubium Rostochii consummarunt.
Magnus & Blanca, Stocholmiæ diadematis ornantur.
Cœnobium Stocholmiæ Dominicanis, ex propugnaculo urbis meridionali construitur.
S. Catharina, nascitur circa hoc tempus.
Synodus Haffniensis, Ecclesiasticæ oppressores libertatis, execratur.
Helimbertus, XXV. Præsul Slesvicensis.
1337. MCCCXXXVII. Otto Christophori filius, sceptrum Daniae Holfatis conans eripere, captivatur.
Blanca, filium enixa est Magno, Ericum.
Matthias Ketelmundius, mortem subiit, cum gravissimo Sueonum detrimento.
Hemingus, XIX. Sueciæ Primas.
1338. MCCCXXXVIII. Ultimus in Scandia gigantum, XV. procerus cubitis, trucidatur.
Haquinus Magno filius regi nascitur.
Circa hoc tempus federunt, Arno, XVI. Norvegiæ Metropolitanus.
Gunnarus, XXXI. Scarenfis Episcopus.
Gutormus, XIV. Stavangrenfis.
Johannes, XV. Scaltholtenfis.
1339. MCCCXXXIX. Islandos Heclæ flagratio incolas nimium divexavit.
Petrus, XV. Præsul Lincopenfis hoc tempore.
1340. MCCCXL. Dani, Comite Gerhardo fraudulenter occiso, Holfatis cum excutiunt jugum, & Waldemaro, V. Christophori filio patriâ extorri, thronum regni deferunt.
Quem ille non recusans, cum Holfatis per amicos ita transfigit, quod auro provincias ab illis redempturus, & sororem Ducis Waldemari esset ducturus conjugem.

Magnus rex Scanos, rebus quoque novis clam studentes, sibi devincturus, amplissimis, XXVIII. Junii, ornat privilegiis.

Idem modò titulum usurpat Wandalicum.

S. Birgitta, solitariam cum marito vitam in cœnobio exorditur Alvastrænsi, hoc tempore.

Nicolaus, XVIII. Antistes Ottoniensis.

Torstanus, XV. Bergensis, circa eundem.

MCCCXLI. Novus Daniæ rex Waldemarus, VI Januarii condonat injurias parenti irrogatas. 1341.

Idem, sequestro rege Magno, Helsingburgi porrò amicitur Holfatis.

Mereta quondam Sueciæ regina. X. Martii claudit vitam.

Waldemarus homo astutissimus & perfidissimus, provinciarum per fas nefasque cœpit moliri recuperationem.

Kalenburgum, non soluto argento hæredibus Canuti Porse, armis occupare studens, cum grandi suorum clade superatur.

Circa hoc tempus, Olaus, XVII. Norvegiæ Archipræsul.

S. Hemingus, XII. Finlandiæ Antistes.

MCCCXLII. Holfati perfidiæ Waldemari succensentes, cum eo passim in Dania velitantur, parta tuendo. 1342.

In eum pangunt fœdus cum Sueco, & negotiatoribus Vandaliæ.

Magnus regna inter filios dividens, Erico Sueciam, & Haquino destinat Norvegiam.

Wexionensibus jura fori concedit.

Licentia Gudhemensibus conceditur ad Rackabygium demigrandi.

S. Birgitta, comite marito, Compostellam Hispaniæ peregrinatur circa hoc tempus.

Frenderus, VIII. Præsul Stregnensis circa hoc tempus.

Jonas, XVI. Scalholtensis.

Ormo, XIII. Holensis.

MCCCXLIII. Waldemarus Nycopiam Falstriæ redemit, & cum Holfatis de Sielandia minus honeste belligerat. 1343.

Scaniam à Sueco repetens, XXIV. arbitris litem submittit, à quibus non fuit decisa.

Magnus, bona uxori vitalitia, deputat in Norvegia, festo Pentecostes.

Norvegi, XV. Augusti, Haquinum parenti successorem nominant.

Magnus & Waldemarus, Scondiæ Reges, Varbergi documentis & argumentis de Scania disceptarunt, Senatu utriusque præsentem.

Demum Waldemarus, causâ cadens, acceptis insuper VIII. milibus librarum argenti, XVII. Novembris Scaniam, Blekingiam, Hallandiam, Liffriam & Hueniam, Sueciæ incorporavit.

Deindè Holfatos ope Sueonum ita destitutos, ratus facilius expugnandos, XXVII. Decembris illos, sed infaultè, aggrediebatur.

Circa eundem federunt, Siggo XXXII. Præsul Scarenfis.

Boetius, XVI. Wexionensis.

Sigfridus, XIX. Aslogensis.

Gisebertus, XVI. Bergensis.

Halvardus, XV. Hammarensis.

MCCCXLIV. Ingeburgis Calenborgum, accepta solutione, Dano resignat. 1344.

Ulpho Gudmarsonius, S Birgittæ maritus, XII. Februarii, placide obdormivit.

Magnus rex, minus laudabiliter imposterum vivens atque regens, à S. Birgitta nequicquam arguitur.

Plebecula Suecica in Junio electionem Erici; & Norvegica in Julio, Haquini, regionum filiorum, approbarunt.

Magnus, severum in usurarios promulgat edictum.

Lubecensibus initio Septembris navigationem per Nynum confirmat.

Danus, XXVIII. Augusti, subdolæ cum Holfatis subscribit transactioni.

Idem XIV. Octobris crudeliter Frifones perdomuit.

Jacobus, XXV. Antistes Roschildensis.

Eschillus, X. Arosiensis, circa hoc tempus.

1345.

MCCCXLV. Danus confederato sibi Waldemaro Slesvicensi, cum Holfatis feliciter belligerat de Sielandia.

Antistites Daniæ, perfidiâ Regis moti, subsidium determinant, uni suorum captivato, à reliquis ferendum.

Petrus, XXIII. Ripensium Episcopus.

Siggo, IX. Stregnensium circa eundem.

1346.

MCCCXLVI. Dux Slesvicensis ob fœdus cum rege initum, captus ab Holfatis, illo renunciato solvitur.

Danus frustratus dolo, Vordingsborgum XXIV. Augusti, Sueco mediatore, argento redemit.

Estoniam ordinis magistro Crucigeri in Prussia pro XIX. millibus librarum argenti vendit.

Perfidiam expiaturus, Hierosolimam peregrinatur idem Daniæ rex.

Gregorius, XIII. Præsul Gardensis hoc tempore.

1347.

MCCCXLVII. Frater Danici regis Otto, Crucigerorum amplectitur ordinem.

Waldemarus rex, creatur Eques sancti sepulchri, XXII. Julii.

Legum codex Suecicarum, mandato Regis corrigitur.

Hujusmodi emendationem præjudicio non futuram juri canonico, XX. Februarii, Clero regni Oerebrogiæ cavetur.

Oblationes in præsentia Regis ad aram factæ, cuinam cessuræ, determinatur.

Suecus Moschum debellaturus, peregrinum cogit militem, contemptâ S. Birgittæ dehortatione; gravibus regnum contributionibus exhaurit; & Petrinum simul nummum huc convertit, hosticumque invadit.

B. Hemingus, Finlandiæ Præsul, Regem arguens ideò tyrannidis, captivatur hoc tempore.

Circa eundem, Sebaldus, XIII. Antistes Feroensis.

1348.

MCCCXLVIII. Magnus rex à victis delusus Ruthenis, & prope modum occisus cum suis, turpem cum hostibus fecit transactionem, ad quam Moschus etiam hodie provocat, sibi partem Careliæ propterea vendicans.

Holfati, quorum Rex operâ in hoc esset bello usus, taliter provincias Sueciæ occupant, qualiter Daniæ sub Christophoro.

Circa eundem, Magnus ob tyrannidem; libidinem; captum Finlandiæ Præsulem; & nummum. S. Petri acceptum, à Pontifice sacris interdictus, contemnit.

Idem S. Birgittæ, Vastenensem arcis vetustæ aream pro cœnobio ibi construendo, in quo & sepulturam elegit, donavit circa hoc tempus.

Quando villam simul propinquam, municipali ornavit prærogativa.

Circa eundem, Contubernium S. Birgitta Vasteni paucarum instituit virginum, Romæ confirmationem impetratura.

- M. Matthias Canonicus Lincopenfis, doctrinâ floret, a cujus pendet S. Birgitta consilio hoc tempore.
 Biblia sacra in Suecicum transtulit ille quoque sermonem.
 Andreas, XIV. Gardenfis Episcopus, hoc tempore.
 MCCCXLIX. Magnus rex Sueciæ ac Norvegiæ, arbiter constitutus, gravem inter Megapolenses & Brandenburgenses decidit controversiam. 1349.
 Circa hoc tempus Benechinus, XXXIII Præsul Scarenfis.
 MCCCL Danus, quod armis causam promovisset pseudomarchionis Brandenburgici, offensam incurrit Cæsaris. 1350.
 Idem gratiæ restitutus, arbiter inter Imperatorem & Brandenburgensem ordinatur, pristinos ex Lubeco proventus habiturus.
 Casimirus, Poloniæ Rex, Dano confœderatur, & filia hujus Henrico Megapolensium Principi desponsatur.
 Pestis in Westrogothia CDLXVI. Sacerdotes abstulit, & in Hallandia Canutum, Haquinumque Porse, fratres Regis uterinos.
 Sueci & Norvegi Magnum detestati, Scaniâ, Halogiâ, Islandiâ, Feroigiâ & Hetlandiâ fruiturum, scepra tradiderunt Erico, & Haquino. R. S. 93.
 S. Birgitta, suo confirmationem ordini petitura, Romam proficiscitur hoc tempore. R. N. 95.
 Nicolaus, XXVI. Antistes Slesvicensis.
 MCCCLI. Magnus suam ægre ferens depositionem, filiis infidiatur. 1351.
 Danus, contra literas & sigilla, Scaniam inverecundè repetens, juxta cautionem mulctandus Varbergensem, æstimatur.
 Qui ob perfidiam quoque ab Holfatis, Vandalis, Jutis & Fionensibus, bello impetitus, ad exteras paulisper secessit oras.
 S. Birgitta, per Italiam florens sanctimoniâ, Clementi Papæ suadet, ut ex Gallia Romam se conferat hoc tempore.
 Alphonfus Antistes Gyennensis S. Birgittæ consultor delectus, ipsius conscripsit visiones.
 Hemingus Sueciæ Archiepiscopus moriens, Petrum XX regni Metropolitanum obtinet successorem.
 Johannes, XV. Præsul Gardenfis hoc tempore.
 MCCCLII. Inter Daniæ regem & Comites Holfatiæ, frustra tentatur litium transactio. 1352.
 Danus, suspectam adulterii conjugem, arctæ tradit custodiæ, & scorto fruitur.
 Ingeburgis, Magni regis mater, XII Martii, anniversaria pro animabus parentum in clauetro instituit Hofdensiensi sacra.
 Statua Christi, hoc prope tempus de cruce pendentis in Stocholmensi Dominicanorum Ecclesiâ, sicut & alia in Arbogensi Franciscanorum, cœperunt miraculis coruscare, Suinagardiæque tertia.
 Rex Waldemarus Helsingburgi, Principibus Magnipolensium arbitris, in causa victus Scanica, mulctæ adjudicatur.
 Postea in Vandalia per summam grassatur tyrannidem, nec sacris, nec profanis, amicis vel inimicis parcens.
 Hedvigis captiva in scio marito substrata, concepit Margaretam, Scondiæ postea totius Dominam.
 Andreas, XIII. Borglamensis Episcopus.
 Gyrderus, XVII. Scalholtensis.
 MCCCLIII. Magnus ereptum Sueciæ dominium filio sibi vendicat. 1353.
 Benedictum Algotsonium, II. Februarii insignibus ornat ducalibus, reginæ plus æquo dilectum.

- Pax inter Danos & Holfatos, mense Julio fancitur.
 Waldemaro nascitur Regi filia Margareta, Semiramis Scandiæ.
 Nicolaus, XVI. Antistes Lincopenfis, circa hoc tempus.
 Magnus XI. Arosiensis.
1354. MCCCLIV. Danus Papam Aveñnionem conveniens, initio veris
 rosâ donatur benedictâ.
 In patriam reversus, quæ Ordinibus Nyburgi promisit, ut canis
 jejunium, servavit.
 Danorum cum Suecis super Scania colloquium, non plus evicit,
 quàm priora.
 Sicut neque Waldemari cum Magno, habitum XXIX Septembris
 Helsingburgi.
 Frisones nimium à Dano mulctantur.
 Henricus, XXVI. Præful Roschildensis.
 Paulus, XVIII. Arhusiensis.
 Magnus, XIV. Borglamenfis.
1355. MCCCLV. Petrus Daniæ Metropolitanus, XV. Aprilis ex vita
 migravit.
 Nomine Danus Scaniæ, à Suecis XXIV. Junii compellatus, di-
 lationem flagitat.
 Idem contra ducem fert Slesvicensem suppetias, & Marte conster-
 natus, cognatum sibi fraudulenter amicat.
 Benedictus, Produx Scaniæ, quod Lundenses cum Dano collu-
 derent, fundos illorum fisco applicavit.
 Domus Sueonum Parisiensis, divenditur ab Upsalensibus.
 S. Catharina, Gerhardi à Kern uxor, matrem in Latio convenit
 S. Birgittam, hoc tempore.
 Jacobus, XVII. Archipræful Daniæ.
 Jonas, XIV. Episcopus Holensis.
1356. MCCCLVI. Juti perfidiam Regis decernunt plectendam.
 Erico, Sueciæ Principi, Beatrix Ludovici filia Marchionis Bran-
 denburgici, fuit copulata,
 Hujus avunculus, rex Waldemarus, cum Erico igitur affine de
 Scania sibi prodenda, cæpit tractare.
 Suecus in gratiam Holfati, mercatores Vandalia, illius hostes, in
 Scania divexans, ab iis postea impugnatur, Scaniam quoque occupantibus.
 Ericus princeps, Vandalos ex Scania & Benedictum Algotium,
 profligat, incolarumque captat favores, roborans illis privilegia, & Lun-
 densibus prædia resignans.
 Blanca, magis Benedictum, quàm filium diligens, in hunc Dani
 flagitat subsidium, ita Scaniam recuperaturi.
 Benedictus, reginæ forsitan gratificaturus, conjugem repudiat in-
 fontem.
1357. Circa eundem, Laurentius, XXXIV. Scarenfis Episcopus.
 MCCCLVII. Nè Danus Sueonum adjutus discordiâ Scaniam re-
 cuperaret, Ericus sequestribus Megapoliæ principibus, & Sueciæ proce-
 ribus, partem regni adeptus, Jenecopiæ XXV. Aprilis, parentibus &
 Benedicto fuit reconciliatus.
 Sed post temporis paululum, Benedicti offensus arrogantia & paren-
 tum inconstantia, cum Dano periculose colludentium, arma denuò corri-
 pit, Benedictum compescit, & totum Sueciæ dominium arripit, Magnus-
 que bello in filium se accingit.

Interea, Waldemar rex, Holfatos debellavit, quibus cum, sicut & Megapolensibus ac Brandenburgensibus, mox Dux Ericus confœderatur.

Petrus, X. Præful Wiborgensis.

MCCCLVIII. Danus ab Erico & Holfatis impugnatus, se defendit; Langlandiam & Fimbriam Principi eripit Slesvicensi, tandemq; XXX Octobris, Holfatos in gratiam recipit, non Jutos, rebellionem continuantes. 1358.

Magnus etiam cum filio litem transigens, perfidam spernit Dani amicitiam, & ab illo amicissimè Hafniam invitatus, non comparere dignatur.

MCCCLIX. Magnus iterum à Waldemaro inescatur; Propterea Ericus se parenti opponit, & Scaniâ subactâ, hujus captivat Primatem, ceu Dani fautorem. 1359.

Magnus & Blanca, filium ope Danicâ domituri, Hafniam invitati festinant, secum diplomata super Scania deferentes, quibus fraudulenter exultis, concluditur, quod generum Danus Haquinum habiturus esset; Ericum domiturus; Scaniam recepturus, & Magno in omni succursurus necessitate.

Waldemar igitur, traducto in Scaniam exercitu, partem illius fraude occupat, & intellectu Erici adventu, remeat.

Ericus, Danis indè profligatis, cogit parentem pactis renunciare Hafnensibus, & fratrem connubio Margaretae.

Henricus, Comes Holfatiæ, à Suecis compellatus, sororem Haquino Elizabetham eâ despondet lege, ut si matrimonium, culpâ Magni non procederet, thronus sibi conferretur Suecicus.

Holfati, Fimbriam Dano eripiunt, & Juti pariter Tyranno se opponunt; Sed Pomeranus Rugiam nactus in feudum, fert Regi subsidium.

Circa eundem, Havarderus, XIV. Antistes Ferogensis.

MCCCLX. Blanca filium veneno Ericum sustulit; Magnus tamen regno exutus non fuit, quod sanctissimè sponderet emendationem. 1360.

Dux Benedictus, velut sceleris complex, trucidatur, Soræ humatus.

Danus metu Erici liberatus, Scaniam invadit, & cum Magno ita transigit obvio, ut liberorum procederet connubium, & sibi Scania cederet; quam ita Sueones nullo jure amiserunt, à perfidissimo Rege proditam.

Quocirca Waldemari successu Holfati, Megapolenses, Slesvicenses & Juti consternati, cum hoste paciscuntur.

Circa eundem, uterque, Benedictus, XVII. Præful Bergensis.

Turgillus, X. Stregnensis.

MCCCLXI. Jacobus Daniæ Primas, XXIII. Februarii decessit. 1361.

Gotlandi & Oelandi, propter nimia quotannis gravamina, Magno rebellant, & rogatus Rex Daniæ ex pacto, ut illos compesceret, arma expedit.

In Oelandiam delatus, cæsis incolarum DC, illam sibi, non Sueco subjugat.

Deindè cum Gotlandis congressus, graviore mulctatos clade, & immensis spoliatis opibus, cogit sibi, & Daniæ regno spondere subjectionem.

Haquinus, rex Norvegiæ, indignatus propterea parenti, Senatus consilio Suecici, XI. Novembris in vincula ipsum conjicit, & sceptrum pariter Suecicum capeffit.

Postea, Oelandiam & Gotlandiam, Sueci Danis eripuerunt.

- Nicolaus, XVIII. Daniæ Metropolitanus.
Ericus, XIX. Præful Ottoniensis.
1362. MCCCLXII. Magnus libertati & potestati restitutus, fœdere cum Dani hostibus instituto, bellum illi denunciat; Quod etiam faciunt Vandalia mercatores, nuper mercibus in Gotlandia spoliati.
Itaque à Suecis, Norvegis, Holfatis, Megapolensibus, & negotiatoribus Vandalia graviter impugnatus, flagitat inducias, & annuas ægrè impetrat.
Legati Suecorum & Noricorum, sponsam Haquino ex Holfatia brumæ initio adducentes, in Dania fraudulenter detinentur.
Interim Waldemarus Magno & Haquino persuasit, ut hic suam duceret filiam.
Suecus ideò perfidiæ à regni proceribus repræhensus, XXIV. illorum proscripsit.
Danus, VIII. Decembris, sibi & successoribus, quoddam in Borenholmiam jus, violenter & fraudulenter acquisivit.
Circa eundem, Henricus, XXVII. Antistes Slesvicensis.
1363. MCCCLXIII. Waldemarus & Magnus, Scandia Reges, initio veris, nuptias Haquini & Margaretæ undennis, Hafniæ celebrarunt.
Quando fraude Dani, Sueciæ pariter inhiantes, venena liberaliter Suecis propinabantur.
Quibus Blanca meritò potionata, quod filium ita necasset, animam efflavit, Soræ tumultata.
Indè similiter Magnus affatim hauriens, beneficio medici mortem evasit, quam reliqui Sueonum non pauci oppetiverunt, sanguine impensas hospiti solventes.
Magnus ità viduus, ut Holfatos placaret, Elizabethæ promisit matrimonium, in Sueciam ideò traductæ.
Christophorus, Waldemari filius, eadem fortuito libatâ potione, XI Junii moriens, impium mulctat parentem orbitate.
Israel, S. Birgittæ germanus, rex à Suecis, Gothisque salutatus, maluit exulare, quam imperare hoc tempore.
Danus, XXX. Septembris, cum Vandalia negotiatoribus, inducias concedentibus, lubens transigit.
Idem, XIII. Decembris, pristinum cum Polono instaurat fœdus.
Hactenus extorres Sueciæ proceres, ex pacto thronum Sueciæ, Holfato obtulerunt, & ipsius denique suâ se excusantis, regem designarunt Albertum, Euphemie & Principis Megapolensis filium.
Candidatus in Sueciam perductus, Stocholmiæ XXX. Novembris rex designatur, & Magnus peremptoriè citatur.
- R. S. 94. Circa eundem, Nicolaus, XXXV. Præful Scarenfis.
Thorarinus, XVIII. Scaltholtenfis.
1364. MCCCLXIV. Waldemarus, Daniæ rex, quòd nec dum compensasset damna mercatoribus Vandalia Gotlandica, ab illis denuò acerrimè impugnatus, ex regno secedere compellitur.
In absentia Regis, triennales Dani ab hoste inducias, quibus Magnus & Albertus includuntur, impetrarunt.
Interim Magnus, contemptâ Sueonum citatione, arces regni suo firmat præsidio, & exercitum in Norvegia comparat.
Albertus Upsalia coronatus, ut Finlandam avunculo simul eriperet, ipsam petit armatus.
Magnus, XXV. Antistes Ripensis, circa eundem.

MCCCLXV. Magnus filio & Norvegis stipatus, invadit Sueciam, & XXIV. Februarii superatus, capitur, septennique traditur custodia. 1365.

Haquinus in Norvegiam difficulter evadens, crebro interea Sueciam infestat, patrem liberaturus.

Otto, Rupinensium Comes, regi Alberto filiam despondit Richardem, hoc tempore.

Circa eundem, Nicolaus, XVIII. Norvegiæ Metropolitanus.

MCCCLXVI. Rex Albertus, à Dano & Norvego simul impugnat, regni que veritus amissionem Suecici, provincias IV. Gothicas, absque consensu Ordinum, incorporavit Daniæ, & ita Waldemarum placavit. 1366.

Petrus, Sueciæ Archiepiscopus, XXVIII. Octobris mortem oppetiit.

Birgerus, XXI. regni Primas.

Gotscalcus, XVII. Præful Lincopensis hoc tempore.

Circa MCCCLXVII. Sueci & Gothi provinciarum exacerbati ab alienatione, quas inter fuit Gotlandia, Albertum pacta rescindere compulerunt. 1367.

Archipræful Sueciæ inauguratus Viterbii, pallium CCC. aureis nummis comparavit.

Pontifex Ecclesiam Sueonum à jugo liberat Lundenfi, non amplius imponendo, circa hoc tempus.

S. Birgitta, ordinis sui confirmationem ab Urbano V. impetrat, circa hoc tempus.

Fabrica cœnobii Vastnenfis inchoatur, ad quam, Sueonum quilibet, denarium quotannis contribueret hoc tempore.

Elizabeta, Comes Holsatiæ, à terrenis delusa sponsis, cœlestem Vasteni amplexatur, vitamque ibi monasticam.

Imago hoc tempore crucifixi, fertur S. Birgittam in Ecclesia Romæ Paulina orantem, allocuta.

B. Hemingus, Finlandiæ Antistes, XXII. Maij spiritum Deo reddidit.

Henricus, XIII. Finlandiæ Præful, circa eundem.

MCCCLXVIII. Sueci, Holsati, Juti, Megapolenses, & Vandalici mercatores, conjunctis armis, ceu tempestas horridissima, Daniæ incubuerunt. 1368.

Albertus, XXV. Julii, amplissima Vandaliciæ civibus per Daniam & Scaniam concessit privilegia negotiandi.

Quando non Scaniæ solum spe turgebat recuperandæ, sed Scondiæ totius, fociorum auxilio, subjugandæ.

In provinciali Upsaliæ concilio, insignia, XXVII. Septembris, statuta conduntur.

MCCCLXIX. Confœderati bellum in Danos continuant, & Waldemarus, hostium paulisper furorem declinaturus, peregrinationem simulat votivam. 1369.

Urbanus Papa, non obtemperans admonitioni S. Birgittæ, redit Avennionem, & mox obiit, velut illa prædixerat, hoc tempore.

Petrinus ex Upsalensi nummus diœcesi, marcis CCC. constabat.

Circa eundem, Vinaldus, XIX. Archipræful Norvegiæ.

Johannes, XXV. Antistes Ripensis.

Johannes, XIV. Finlandiæ, circa hoc tempus.

MCCCLXX. Senatus Daniæ in absentia Regis, ita cum Vandalis transegit, ut ex Scaniæ proventibus, per annos XV. levandis, damna compensarentur illis Gotlandica. 1370.

Quæ profectò subdola transactio, Suecos à jure in provinciam suo prosequendo, cum novis pugnare dominis nolentes, interea distinebat.

Circa eundem, Danus à Pontifice ob perfidiam graviter reprehensus, Christianam fermè religionem abjurasset.

Sueci & Norvegi, de liberatione Magni, frustra Stocholmiæ consultarunt.

Olaus, Haquini & Margaretæ filius, successor parenti à Norvegis declaratur.

Nicolaus, XXVII. Præsul Roschildensis.

Jacobus, XI. Wiborgensis.

Sueno, XV. Borglamentsis.

Halvardus, XX. Aslogensis, circa eundem omnes tres federunt.

Botolphus, XV. Stavangrensis.

Magnus, XVI. Hammarensis.

1371.

MCCCLXXI. Haquinus patrem liberaturus, Stocholmiam obsidet, & suis Albertus diffidens rebus, avunculum XIV. Augusti solvit, Vestrogothiâ fruiturum, & XII. millia librarum argenti, nomine lytri, daturum.

S. Birgitta in rebus consulta arduis, à Gregorio XI, ut migraret ille Romam, seriò hortatur.

Danus, peregrè reversus, XXVII Octobris, transactioni subscribit, cum Vandalorum propolis institutæ.

Olaus, XIX. Antistes Arhusiensis.

Johannes, XV. Finlandiæ hoc tempore.

1372.

MCCCLXXII. Per summam cœpit Albertus tyrannidem Suecis dominari, hoc tempore.

Carolus, S. Birgittæ filius, Neapoli, X. Martii, finem vitæ imposuit.

Sed mater inde Hierosolymam versus profecta, XXIX. Aprilis literas publicæ fidei, à Regulo Syriæ impetravit.

Sacris Palæstinæ locis religiosè visitatis, ægra Neapolim revertitur, & cognoscens Papam adhuc morari Avennione, reditum illi persvasit.

Matthias Gustavius, procerum unus Suecicorum, ob cædem Episcopi Lincopensis divinitus mulctatur.

Circa eundem Rodolphus, XXXVI Scarenensis Episcopus.

1373.

MCCCLXXIII. S. Birgitta in cœnobio Romæ Panispermensi, XXIII. Julii moriens, ibidem tumulo commendatur.

Johannes, XXVII. Præsul Slesvicensis.

Odagerus, XIX. Scalholtenensis.

1374.

MCCCLXXIV. Corpus S. Birgittæ ex urbe translatum, IV. Julii Vasteni honorificè deponitur.

Magnus rex, in Norvegia submersus, in Gudhemensi forsan sepelitur monasterio.

Danus, Frisones crudeliter sanè fuit populatus.

S. Nicolaus, XVII. Antistes Lincopensis.

1375.

MCCCLXXV. S. Catharina literis commendata Cæsaris, & regis Alberti, Procerumque Scandicorum, profecta Romam, matris promovet apotheosin.

Waldemarus, Daniæ rex, mensè Octobri, animam exhalavit perfidam, Soræ nactus corporis requiem.

Circa eundem, Godechinus, XVII. Præsul Wexionensis.

1376.

MCCCLXXVI. Olaus Waldemari ex filia nepotem, principio R.D. 107. Majj, Regem Dani salutarunt.

- Albertus, Dux Magnipolensis, alterum Waldemari nepotem, & suum, Danis vano moliens conatu obtrudere, XXI. Octobris, in arbitros litis compromittit.
- Circa eundem, Matthias, XII. Arosiensis Antistes.
- Circa MCCCLXXVII. Suecos nimium flagellat rex Albertus, 1377.
cujus etiam modò confors vitam morte permutavit Richardis.
- Waldemarus, XX. Ottoniensis Episcopus.
- MCCCLXXVIII. Vismariense inter Albertum & Vandaliaë principes, frequentatur colloquium. 1378.
- Rex sibi Helenam Ducis filiam Brunsvicensis desponsasse fertur.
- MCCCLXXIX. Rex Albertus & Senatus regni, VIII Januarii, canonizationem S. Birgittæ, Urbano humiliter commendarunt. 1379.
- Quod etiam facit Venceslaus Imperator, XIV. Maij, ab agnata rogatus fortè S. Catharina, Romæ adhuc existente.
- Romani precibus adscribunt S. Catharinæ, quod Tyberis inundatio, IX. subfederit Novembris.
- Magnus, XIX. Daniaë Primas.
- Henricus, XVIII. Wexionensis Præful circa eundem.
- MCCCLXXX. Mors Haquinum Norvegiæ regem, Calendis Majis. 1380.
abstulit.
- Olaus, Haquini filius, Daniaë & Norvegiæ fit monarcha.
- Concilium provinciale, in oppido celebratur Telgenfi, XI Septembris.
- Germani Stocholmiæ Suecis exitium concivibus moluntur.
- Regina Siciliaë apotheosin S. Birgittæ libello supplici promovet, III. Octobris.
- Item Margareta Daniaë & Norvegiæ regina, cum Olao Rege filio, hoc tempore.
- Circa eundem uterque, Tordo, XI Præful Stregnensis.
- Hartlevus, XIII. Arosiensis.
- MCCCLXXXI. Quod Norvegia Daniaë perpetim conjuncta, per unum cum ea regem est gubernanda, Margaretaë astu concluditur, infauftum modò trium regnorum occipientis moliri vinculum. 1381.
- Scani hoc tempore à rege Alberto minaciter compellati, ut Sueciæ argentum refunderent, vel se agnoscerent dominum, annum deliberandi spacium obtinent.
- S. Birgitta Vasteni, juxta Papæ decretum, per D. Catharinam nuper ab illo fortè impetratum, primò elevatur & honoratur, circa hoc tempus.
- Circa eundem omnes tres, Jacobus XVIII. Antistes Bergensis.
- Olaus, XVI. Stavangrensis.
- Sigvardus, XVII. Hammarensis.
- MCCCLXXXII. Rex Albertus, cum Scanis belligerat contumacibus, non modicâ ipfos clade afficiens. 1382.
- Boëtius Jonæ, Prorex Sueciæ, crudelissimum committit homicidium, prout cippus testatur in cænobio Stocholmiæ Franciscano.
- Circa eundem, uterque, Torstanus, XXXVII Præful Scarensis.
- Johannes, XXI. Aslogensis.
- MCCCLXXXIII. S. Catharina XXIV. Martii concessit fatis, humata Vasteni. 1383.
- Birgerus, Sueciæ Primas, XI. Maij obiit.
- Translatio S. Magnildis instituitur Lundiaë.
- Sconi à Danis & Vandalis adjuti, regem Albertum exercitumque remeare in Sueciam compulerunt.

- Albertus metuens, nè propter suam tyrannidem Sueci ad Olaum deficerent, velut regni legitimum magis hæredem, variis illos sibi devincit obsequiis.
- Islandi spondent Olao, seu potius Margaretæ, filii loco regnanti, subjectionem.
- Henricus, XXII. Sueciæ Metropolitanus.
- Henricus, XVI. Gardensis Episcopus hoc tempore.
1384. MCCCLXXXIV. Cœnobia Vasteneses, consummato nunc monasterio, XXIII. Octobris, solennem faciunt professionem, includunturque. Magnus, Antistes ibi primus monachorum. Ingerdis prima ibidem Antistita monialium. Birgerus, XV. Præsul Abogensis, hoc tempore.
- Arno, XV. Ferogensis circa idem.
1385. MCCCLXXXV. Negotiatores Vandalia Sconiam resignarunt, finitâ trilustri annorum possessione. Sconi, mense Majo Lundia, Olao regi, non Alberto, promittunt obedientiam. Antistita Vastensis, Oratoribus Romam expeditis, S. Birgittæ flagitat canonizationem.
- Michael, XX. Scalholtenis Episcopus.
1386. MCCCLXXXVI. Opulentissimus Sueciæ prorex, Boëtius Jonæ, proximus morti, XIII. regni proceres, sui constituit testamenti executores. Quibus & mandat, X. Sueciæ primarias arces regionesque, sibi à rege oppignoratas. Idem, XX Augusti, vivis excedens, in cœnobia conditur Vastensi. Gerhardus, Holfatiæ Comes, feudo Slesvicensi, & titulo Ducali per Olaum ornatur.
1387. MCCCLXXXVII. Olaus Dania & Norvegiæ rex, ignoto mortis genere occumbit.
- R.D. 108. Margareta Olai mater, sceptrum Dania nanciscitur, mense Augusto. Quæ Suecico etiam inhians, & Alberto illud extorquere cogitans, testamentarios Boëtii, cum arcibus, ad suas imprimis traxit partes. Circa eundem, Vibolderus, XVI. Antistes Ferogensis.
1388. MCCCLXXXVIII. Norvegi Margaretam quoque Dominam elegerunt, Alberto Sueonum rege, & hujus fratribus, Megapoliæ principibus, proximis sceptri hæredibus, jure nullo repudiatis. Margareta filio destituta, Henricum sororis nepotem, Pomeraniæ Ducem, adoptat, & in thronis Scandia successorem nominat, hoc tempore. Immo Dania ac Norvegiæ scepra, Principum familia Pomeranorum inviolabiliter alligata, decernit.
- R. S. 95. Initio veris, proceres Sueciæ XII, Margaretam Bohusii reginam acceptarunt, & quasdam illi arces regni assignarunt. Ab his alii procerum Suecicorum persuasi, tyrannidem Alberti, & regimen execrantes, Nycopiæ festo Pentecostes, designationi Margaretæ subscripserunt. Nec ignarus molitionis Albertus, & Suecis propterea non fidens, instructissimum ex Germania sibi comparat exercitum. Margareta verò unum ex Suecia, alterum ex Dania, & tertium ex Norvegia, cogit exercitus, qui XXI. Septembris hostibus congressi, victores evaserunt. Nam Albertus profligatus, capitur cum Erico filio, & non paucis Vandalia principibus, septennique traditur custodia in castro Sconia Lindholmensi.

- Cœnobium Vasteni ligneum conflagrât, quod ex lapide pottea fuit
elegantè restauratum.
- Petrus, XX. Præful Arhusiensis.
Circa eundem, Ostenius, XXII. Aslogensis.
- MCCCLXXXIX. Princeps Magnipolensium, Johannes, patrum li- 1389.
beraturus, infestâ petit Scondiam classè.
Sed naufragium passus, vela domum convertit, & colluvie pira-
tarum advocatâ, Scondios per illam toto affligit septennio.
Quo Germani & Dani tempore, acriter de Sueonum colludunt co-
rio; Præcipue tamen Stocholmenses affligebantur, quorum plurimos Ger-
mani, XII Junii, exusserunt.
- Henricus, modò Ericus, nomine magis grato Scondiis, dictus, fi-
lius Margaretae adoptivus, secundum mortem à Norvegis promaterteræ R. N. 98.
successor declaratur.
- Margareta, & Daniae Metropolita, Lappones, VI Augusti, ad Christi
dogma hortantur suscipiendum.
- Eschillus, XXVI. Antistes Ripensis.
Guilhelmus, XXI. Scalholtensis.
- MCCXC. Germani Stocholmiâ, velut nido erumpentes, clade 1390.
Suecos passim maclarunt.
- Magnus, Daniae Archipræful, de quodam lapsus ponte, animam
II. Martii exhalavit.
- Erengislo, Comes Orchadensis, vitam quoque terminans, Vasteni,
XXVI. Decembris, sepelitur.
- Petrus, XX. Metropolita Daniae.
- Petrus, XXVIII. Antistes Roschildensis.
- MCCCXCI. Bonifacius IX. Pontifex Romanus, S. Birgittam ca- 1391.
talogo Divorum, ingenti pompa inscripsit, VII. Octobris.
- S. Nicolaus, Ostrogothiae præful, laudabile permensus vitæ curri-
culum, obdormiit.
- Petrus, Daniae summus Antistes, XXXI. Decembris, succumbit
etiam mortis imperio.
- Jacobus, XXI. Daniae primas.
- Thesius, XXI. Antistes Ottoniensis.
- Petrus, XV. Holensis.
- MCCCXCII. Margareta cum Holfatis, mensè Julio, amicitiam re- 1392.
novat.
- Deindè Stocholmiam Germanis ereptura, binis illam castris obsidet.
- Circa eundem, Benedictus, XIV. Arosiensis Episcopus.
- MCCCXCIII. Johannes Megapoliæ Princeps, Vandalicorum fretus 1393.
ope mercatorum, obsidione liberavit Stocholmiam.
- Annuae bellorum feriae approbantur, ut interea de liberatione Regis
consultaretur.
- Canonizatio S. Birgittæ, Vasteni, XXVIII Maij, quam solennissi-
mè consummatur.
- Regina Scondiæ, sacrum pro sua & parentum animabus, VI Julii
anniversarium instituit Vordingsborgi.
- Canutus, XIX. Antistes Lincopensis.
- MCCCXCIV. Colloquium, mensè Augusto, Helsingburgi frequen- 1394.
tatum à partibus super Alberti solutione, quædam sine fructu diremit con-
tentio.
- Exacto induciarum tempore, Stocholmia iterum armis Suecorum
impugnatur. R 2 Circa

1395. Circa eundem, Vigletus, XVIII. Ferogensis Episcopus.
MCCCXCV. Rex Albertus, Calendis Novemb. liberatus, spon-
dit, quod, evoluto triennio, LX. millia librarum argenti nomine lytri
esset soluturus; aut jus suum in Sueciam, cum Stocholmia resignaturus;
vel pristinam ingressurus custodiam.
Ericus, Alberti filius, gener fuit Bugislai V. Pomeranorum Ducis,
hoc tempore.
Sed alter, nomine Albertus, quoque socerum habuit Johannem,
apud Norenbergenses Burgrabium.
Margareta Suecis tanta indulget privilegia, quanta nemo anteces-
sorum; Sed nihil eorum servavit, quæ sanctè promississet.
Augustinus, XXIII. Præful Aslogensis, circa eundem.
Arno, XXII. Scalholtensis.
1396. MCCCXCVI. Electio regis Erici Pomerani, à Danis Wiburgi con-
firmatur.
R.D.109. Principio veris Concilium provinciale fuit Arbogiæ celebratum.
R. S. 96. Sueci, blanditiis Margaretæ seducti, Ericum XXIII. Julii regem
designarunt.
Circa hoc tempus, Nicolaus, XV. Antistes Arosiensis.
1397. MCCCXCVII. Ericum Scondii festo SS. Trinitatis, coronâ deco-
rarunt Calmarniæ, non fausto satis omine.
Margareta, XX Julii, à paucis Scandiorum optimatibus, diploma
extorsit super trium unione regnorum.
Hæc fœderis origo, quod Sueciam & Norvegiam Daniæ, cum gra-
vissimo illarum detrimento conjunxit.
Ericus, Alberti filius, in Gotlandia moritur, conjuxque ac proles.
Conradus, Magister ordinis Prutenici, Gotlandiam piratis ere-
ptam, suo firmat præsidio.
Petrus XVI. Borglamensis Episcopus.
1398. MCCCXCVIII. Rex Albertus, Gotlandiam pro aliquot millibus
Nobulorum, Crucigeris illegitimè vendidit.
Cæsaris mandato, cum Crucigeris, Helsingburgi, mense Septem-
bri, de Gotlandia disceptatur, quæ demum Suecis, IX. millia Nobulorum
ordinis Magistro numeraturis, adjudicatur.
Albertus, trieteride jam peractâ, secundam libertatis conditio-
nem amplectitur, suo in Sueciam cedens juri, & Stocholmiam Margaretæ,
XXIX. Septembris tradens.
Cæterum IX. Octobris, Faxholmium Helsingiæ; Styresholmium
Angermannia; ac Krysborgum Bothniæ, arces firmissimas, regina obtinuit.
Lago, XII. Præful Wiborgensis.
Christianus, XXXVIII. Scarenfis, circa hoc tempus.
Conradus, XII. Stregnensis, hoc tempore.
1399. MCCCXCIX. Vismarienses & Rostochenses, ob latum regis libe-
rationi subsidium, exosi Margaretæ, gratiam ipsius modò & consueta re-
cuperant privilegia.
Margareta hostium foris domique timore liberata, Suecis & Nor-
vegis per summam incipit dominari tyrannidem, nec verbis, nec lite-
ris aliquam servans fidem, hoc tempore.
Bonifacius IX. rigorem Brigittinæ Regulæ, non parum laxavit.
Circa eundem, Haquinus, XVII. Antistes Stavangrensis.
1400. MCD. Constitutiones regis Erici aulicæ, conduntur.
Horrenda Ostrogothiæ inundatio fuerat.

- Lincopenfis basilica magnificentius fabricatur.
 Corofense in Finlandia conditur monasterium, hoc tempore,
 Petrus, XIX. Antistes Wexionensis, hoc tempore.
 Johannes, XIV. Aslogensis.
 Petrus, XVI. Arosiensis, hoc tempore.
 Aslacus, XIX. Bergensis, circa idem uterque fedit.
 Ambernus, XVIII. Hammarenfis.
 MCDI. Petrus, Arosiensis Præful, huc Wexioniâ translatus est. 1401.
 Hemingus, XX. Wexionensis Episcopus.
 MCDII. Collactaneus Olai regis, se pro Margaretae filio venditans, 1402.
 & Olaum se mentiens, XXVIII. Septembris exurit.
 Circa eundem, Eschillus, XX. Norvegiæ Metropolita.
 MCDIII. Sueci Gotlandiam ferro, non auro, Crucigeris eripuerunt. 1403.
 Johannes, XXII. Ottoniensium Episcopus.
 MCDIV. Gotlandiam Crucigeri, Suecis indè profligatis, recupe- 1404.
 rarunt.
 Ericus & Margareta, donationem regis Magni, super fundo Cœ-
 nobii, & oppido, conventui roborarunt Vaitenensi.
 Petrus, XIII. Præful Stregnensis, circa eundem. 1405.
 MCDV. Ponderosum & sumptuosum S. Erici scrinium fabricatur.
 Albertus, quondam rex Sueciæ, cum Erico & Margareta, Flens-
 burgi, XXV. Novembris, colloquens, omnes Scondiis condonat offensas.
 Circa eundem, Brynolphus, XXXIX. Scarenfis Episcopus.
 MCDVI. Ericus rex Scondiæ, Philippam Henrici VI. filiam regis 1406.
 Anglici, nanciscitur uxorem, XXV. Octobris.
 Andreas, XVII. Gardensis Antistes, hoc tempore.
 MCDVII. Stocholmia horrendo conflagrat incendio. 1407.
 Nobilissimus ille Carolus à Tofta, Philosophiæ ac artium Magister,
 XVII. Novembris obiit.
 Cœnobium in Livonia Mariedalense Brigittinorum, construitur.
 MCDVIII. Henricus, Sueoniæ Archiepiscopus, XIV. Aprilis ex vita 1408.
 migravit.
 Sueci pro Gotlandiæ redemptione, Magistro Crucigerorum, IX.
 millia Nobulorum, Calmarniæ, XXII. Novembris, numerarunt; Qui tamen
 infulam decennio postea retinuit.
 Ericus & Margareta, Sueciæ Archivum, quibuslibet spoliarunt do-
 cumentis.
 Andreas, XXIII. Sueciæ Primas.
 Giorderus, XIV. Præful Stregnensis.
 Petrus, XXVII. Ripensis.
 MCDIX. Holfati cum Danis acriter de Jutia meridionali belligerarunt. 1409.
 Præpotens ille Abrahamus Broderfonius, V. Septembris decollatur.
 Carolus, Sueciæ ac Norvegiæ Rex, nascitur hoc tempore.
 MCDX. Jacobus Daniæ Archipræful, XVII. Aprilis, metam vitæ 1410.
 attigit.
 Convivia & spectacula bacchanaliorum, scholaribus Ostrogothiæ
 interdicuntur, X. Augusti.
 Carmelitis primum in Scondiâ monasterium conditur Lanscronæ.
 Visburgum in Gotlandia construitur.
 Catharina, Regis Erici soror, Johanni Palatino Rheni elocatur.
 Scondii ab Holfatis, XVIII. Augusti, prope Flensburgum profligati, litem arbitris frustra submiserunt.

Nam toto Erici regimine, Dani cum Holfatis de Slesvicensi pugnarunt Ducatu, & interea continuum illis Sueci & Norvegi ferentes auxilium, miserabiliter affligebantur.

Immò Dani non sanguine tantum, sed etiam auro argentoque Sueonum & Noricorum, urbes & provincias sibi comparabant.

Andreas, Sueciæ Metropolitanus, à Rege cogitur Stregnensem capessere infulam, Giordero ereptam, undè gravis oritur dissentio.

Johannes, natione Danus, primatum Sueciæ Upsalensem nanciscitur.

Petrus, XXII. Daniae Archiepiscopus.

Johannes, XXIV. Sueciæ.

Andreas, XV. Antistes Stregnensis.

Jacobus, XXV. Aslogensis, circa eundem.

1411.

MCDXI. Novum inter Sondios & Holfatos bellum exarsit; Quod tamen mox extinguitur, quinquennialibus XXV Martii approbatis utrinque induciis.

Alexander V. mandat Regi, & præsulibus Sueciæ nonnullis, ut Giorderum officio & beneficio restituerent.

1412.

MCDXII. Giorderus & Andreas, mense Aprili, de Cathedra concertant graviter Stregnensi.

Margareta, Scandia regina, Lundia aram pro sua & Abrahami Broderfonij fundat, dotatque, animabus.

Altera Synodus provincialis Arbogensis, XIV. Septembris concluditur.

Flensburgum, V Octobris, adjudicatur Danis, & trimæ approbantur induciæ.

Margaretam pestis XXVII. Octobris extinxit, nè Suecis, Norvegis & Holfatis diutius esset nocumento, Soræ tumulatam.

Circa eundem uterque, Eschillus, XX. Wexionensis Episcopus. Magnus, XVI. Abogensis.

1413.

MCDXIII. Ericus, Scandia totius imperium nactus, per annos XXVI. Suecis & Norvegis perfidissimè dominabatur.

Infula Stregnensis permittitur, ob contumaciam, Andreae, & Giordero à Papa, Gallicolensis confertur.

Contributio ab eodem triennis, contra Saracenos, Ecclesiae imponitur Sueonum.

Ducatus Slesvicensis, XXIX. Junii, Danis Nyburgi adjudicatus, graviori præbuit occasionem incendio.

Cænobium in ditone Lunenburgensi confurgit Brigittinis Marievallenfe.

Boëtius XXI. Arhusiensis præsul.

1414.

MCDXIV. Rex Ericus, & Præsules, Proceresque Scandia, Legatis & literis ad concilium expeditis Constantiense, Nicolai Lincopensis, Brynolphi Scarenensis, Episcoporum, & Ingridis Scheningensis, flagitarunt apotheosin.

Jonas, XVIII. Antistes Ferogensis circa eundem.

1415.

MCDXV. Sigismundus Imperator, sententiam Constantia Nyborgensem, XIV. Junii solenniter comprobavit.

Holfati porrò neutram magnoperè æstimantes, arma in Danos parant, & fœdus cum multis Germaniæ Principibus, quos fuit inter rex Albertus, ineunt.

Johannes, XVI. Antistes Holensis.

1416.

MCDXVI. Scandii Gottorpium & Slesvicum oppugnantes, inde hostium insidiis fugantur.

Con-

- Conciui patres Constantiensis, XXVII. Aprilis, Nicolai, Brynolphi,
& Ingridis spondent canonizationem.
Brigittini, vocabulum suæ affectant Regulæ, Sancti Salvatoris.
Johannes, XXIX. Roschildensis Episcopus.
MCDXVII. Scondi Slesvicum XV. Julii deditum à rege Alberto, 1417.
firmarunt: Quod tamen mox Holfati, ope Hamburgensium recuperant,
cum Ducatu reliquo.
Scondi & Holfati, mense Novembri, annuas belli ferias concluderunt.
Mariebodense, Brigittinorum in Dania cœnobium, inchoatur, cujus
fabricæ Scondiorum quilibet denarium contulit.
Tertia synodus Arbogiæ provincialis.
Nauno, XVII. Præsul Arosiensis, hoc tempore.
MCDXVIII. Martinus V. licentiam, XXVI Majj, indulget Scondiis, 1418.
Academiam instituendi.
Cœnobium Schelforæ Carmelitis ædificatur.
Petrus, XXIII. Daniæ Metropolitanus.
Christianus, XXVIII. Antistes Ripensis.
Arnoldus, XVI. Stregnensis.
MCDXIX. Ericus Scondiæ Monarcha, XXIII Junii, cum Polono 1419.
& Lithuano fœdus in hostes pangit.
Scondi, crudeliter admodum in expugnatos desævierunt Fimbrios.
Primas Daniæ, pallium Romæ pro binis aureorum millibus im-
petravit.
Conversio Lapponum ab Archiepiscopo Sueciæ inculcatur.
MCDXX. Ericus Danicos Suecis & Norvegis passim obrudit E- 1420.
piscopos, Danis Ecclesiasticum simul dominium Scondiæ itâ comparatu-
rus.
Idem, XXX. Junii, thronum Scondiæ Bugislao, patru filio, cœpit de-
stinare, consensu intecundæ uxoris obtento.
Ab Holfatis debellatus, XXV. Novembris, non diuturnas belli fe-
rias impetravit.
MCDXXI. Classis Scondiorum hostili profligatur. 1421.
Pomeranus & Magnipolensis, controversiam Danorum & Holfato-
rum, super Jutiæ Ducatu, qui pomum Eridos fuit diu utrisque, transigere
frustrâ conantur.
Danus Sueciæ Archipræsul Johannes, ob vitam deponitur flagitiosam.
Johannes, XXV. Sueoniæ primas.
Henricus, XXIX. Antistes Slesvicensis.
Nanno, XXIII. Ottoniensis.
Olaus, XVIII. Arosiensis, hoc tempore.
MCDXXII Scondi nullo Holfatos impugnant successu. 1422.
Henricus, XXX. Slesvicensis Episcopus.
Severinus, XXVI. Aslogensis, circa eundem.
MCDXXIII. Holfati minas Pontificis, Cæsaris, & mercatorum for- 1423.
midantes Vandalicorum, annuis subscribunt induciis, de Jutiâ coram Im-
peratore interim disceptaturi.
Synodus Arbogiæ, IV. generalis, mense Januario, celebratur.
MCDXXIV. Ericus rex, coram Cæsareo Budæ comparens ipse 1424.
met tribunali, XXVIII. Junii, prævaluit adversariis.
Indè profectus Hierosolymam, non citra discrimen in Scondiam rediit.
MCDXXV. Holfati Cæsarem & Regem injustitiæ accusantes, ad 1425.
Papæ appellant tribunal, & negotiatoribus Vandalia ad se pertractis, bellum
instaurant denuò. Hel-

- Helsingora Daniæ, privilegio donatur municipali.
 Synodus Hafniæ provincialis, multa edidit mense Julio statuta.
 Ericus Rex, cum Scoto exoptulat, quod consuetam ex infulis diu non solvisset pensionem, regno Norvegiæ.
1426. Ulricus, XXII. Præful Arhusiensis.
 MCDXXVI. Scoti, XXIX. Julii, spondent Norvegis CC. quotannis nobulos Anglicanos.
 Mercatores Vandalia, maris infestatione offensi, bellum Erico, Slesvicum & Gottorpium impugnant, denunciant.
 In reditu Ericus clade mulctatur, & Fimbriâ per Holfatos spoliatur.
 Circa eundem uterque, Johannes, XXVII. Præful Aslogensis.
 Petrus, XIX. Hammarensis.
1427. MCDXXVII. Cæsar ab Erico Rege plurimum obsecratus, mercatores Vandalia feriò hortatur, ut minus æquâ Holfatorum causâ desertâ, stabilem, cum rege pacem, vel sexennales facerent inducias, banno alias Imperii subjiciendos.
 Classis interim Vandatica Oceanum obvagans, à Scondica debellatur; Quo plebecula urbium exasperata damno, sicut & instigata subdolè per Regem, contra Magistratum insurgit.
 Clerus Scondiæ, spondens agrè opem Regi contra Vandalos, XIX. Decembris protestatur, non ex jure, sed gratia se contribuere.
1428. MCDXXVIII. Legatus Imperatoris, varia concordia media partibus nequicquam proponit; Et tandem negotiatores contumaciae accusatos, ad Cæsaris tribunal citat.
 Verum illi non obedientes, classe hosticum infestant, & ipsam oppugnant Hafniam, Rege alibi latitante, ac Reginâ urbem propugnante.
 Interea Pontifex à Vandalis malè informatus, causam uni Cardinalium, & Archiepiscopo mandavit Colonienfi decidendam: Sed mox à Cæsare melius edoctus, commissionem revocavit.
 Negotiatores apud Cæsarem se excusantes, protestantur non illi se rebellare, sed sua propugnare privilegia, majoribus per Scondiam legitime olim concessa, & nunc ab Erico pessundata.
 Brigittini, gravem sustinuerunt procellam, ab æmulis commotam, quod conjuncta haberent monasteria sexus utriusque; Sed tamen adversariis prævaluerunt.
1429. MCDXXIX. Scondii, mense Junio, cum Vandalicis institoribus in Falstria, de arbitro controversiæ, illis Cæsarem, & his Papam nominantibus, frustra disceptarunt.
 Philippa, marito Rege inconsulto, Stralsfundium minus feliciter impugnans, ideoque per illum vapulans, & cædis humanæ pœnitens, Vasteni monasticam eligit vitam.
1430. Nicolaus, XXXI. Antistes Slesvicensis.
 Arnoldus, XX. Bergensis, circa hoc tempus.
 MCDXXX. Philippa in cœnobio exspirans Vastenensi, V. Januarii die, ibidem regaliter fuit humata.
 Ericus rex, in parochiali Vastenensium Ecclesia, XV. Februarii, Canonicorum instituit collegium.
 Aliud simile, non minus liberaliter, Calmarniæ, XXI Martii fundavit.
 In Daniam reversus, & mercatoribus Rex Vandalicis amice in Falstria congressus, non potuit litem cum illis, Holfatos deserere nolentibus, transigere.
 Thomas XVI. Præful Stregnensis.

MCDXXXI. Johannes, Sueciæ Archipræful, IX. Februarii demoritur, & Olaus Ecclesiæ Præpositus, canonicè mox successor designatus est. Sed rex Ericus, primatum Sueciæ destinans Arnolde, natione Dano, non minus Olao foris negotii faceffit, quàm domi Holfatis, Candidato propterea quinquennium exulante, & causam gnauiter suam propugnante.

1431.

Magister Crucigerorum, negotiatores Regi amicare frustra conatur. Classis cum triumpho Scondica, Oceanum obvagatur.

Holfati Flensburgum & reliquum Jutiæ australis, eripuerunt Danis. Cœnobitæ Vastenenses curam Brigittinæ domus, quæ sita Romæ ad

campum Floræ in vico Arenulæ, sibi vendicarunt.

Olaus, XXVI Sueciæ Metropolita.

Johannes, XXX Præful Rôschildensis.

MCDXXXII. Classis Suecorum, profugiente turpiter Danorum, à Wandalica profligatur & captivatur.

1432.

Inducias Scondii quinquennales, XXIII. Augusti, cum Vandalicæ mercatoribus paciscuntur.

Sed lis inter Ericum regem, & Olaus Sueciæ primatem, magis efferbuit, ita ut ille nuncium Papæ, Olao patrocinantem, truserit in carcerem.

Propterea Sueones, velut etiam, quod annui proventus regni deportarentur in Daniam; continuis exhaurirentur contributionibus; propriis contra Holfatos pro Dania militare sumptibus compellerentur; captivi non redimerentur; Interim domi uxores & liberi à Danis spoliarentur. Deinde quod Rex pacta non seruaret; nulli iustitiam administraret; ac tandem quod per Danicos regnum præfectos expilaret, & nimium cruciaret, statuerunt Tyranni excutere quantocumque jugum.

Gerhardus, XVII. Borglamsensis Episcopus.

Johannes, XXIII. Scaltholensis.

Jonas, XVII. Holensis.

MCDXXXIII. Præfules Sueciæ in Vasteno congregati, XXII. Martii, per literas apud Pontificem de Regis querebantur tyrannide.

1433.

Arnoldus, Suecis obtrusus à Rege Archipræful, & V. Octobris Upsaliam ingressus, post modicum temporis, miserabiliter interiit.

Sveci, quod Ericus bello iterum distineretur Vandalico, animati, palàm rebellant, & Montani, Dalecarlicque primò classicum canentes, ad supplicium Danicos officiales quæsiuerunt.

Brigittini cum insigni pompa Londini ad novum deducuntur cœnobium.

Arnoldus, XXVII. Sueciæ Metropolita.

Siggo, XL. Scarensis Præful, circa hoc tempus.

Nicolaus, XXI. Wexionensis.

Circa MCDXXXIV. Montani & Dalecarli, à præfectorum tyrannide Danicorum non adhuc liberati, veris initio secundam in eos faciunt excursionem, & à Senatu regni depositionem spondente illorum, placati redeunt.

1434.

Ericus, per literas coram Patribus concilii questus Basiliensis de Papa, Episcopus in Scondicam intrudente Ecclesiam, responsum XV. Julii non satis benignum accepit.

Verum II Julij annuas belli ferias ab hostibus Vordinsborgi, ægrè obtinuit.

Dalecarli & Montani, mensè etiam Julio, tertium progressi, quod-

T

dam

dam duce Ingelberto, plebejorum uno, per spacium anni reliquum, ex tota Danos Suecia & Gothia profligarunt; arces recuperarunt, patriamque à tyrannis liberarunt.

Nicolaus Ragvaldius, Wexionensis Episcopus, in confessu Patrum, Concilio præfidentium Basiliensi, prolixâ demonstrat oratione, sibi, velut Gothorum illuc legato, non postremum ibi locum competere.

Ericus, ad obedientiam compulsurus Sueones, armatâ Stocholmiâ classe, sub initium brumæ accessit, & mox tribus ab Engelberto castris oppugnatus, XI. Novembris annuas ab eo inducias impetrat, & firmatâ Stocholmiâ, habituque mutato, in Daniam trepidus remeat.

Torlacus, XXVIII. Sueciæ Archipræsul.

Hermannus, XIII. Antistes Wiborgensis.

Olaus, XXI. Bergensis circa hoc tempus.

Augdunnus, XVIII. Stavangrensis.

1435.

MCDXXXV. Sueones bellum sibi à Rege illatum iri prospicientes, & propterea mense Januario Arbogiæ confluentes, Engelbertum nominant regni Gubernatorem.

Quandò legitimus Sueciæ primas Olaus, in patriam reversus, per suas & coëpiscoporum literas, IV. Martii Patribus concilii Basiliensis, suam commonstrat innocentiam.

Sueci cum Danis Halmstadii, III. Maij die collocuti, Regis subscribebant restitutioni, eâ quidem lege, ut pactis staret conventis, & querentibus iustitiam administraret.

Fossa Telgæ inter Melerum & mare ducitur Balticum.

Basilica Sueciæ Upsalensis, & cœnobium Livoniæ Marievallenfê, inaugurantur.

Synodus in Norvegia provincialis Bergæ, XXIV Junii, frequentatur.

Ericus rex, ut Suecos facilius compefceret, votis se accommodans Holfatorum & Vandalicarum urbium, cum illis XV, & cum his XXI. Julii, concordiam renovavit.

Postea Sueciam petit animosus, & Stocholmiæ XIV. Octobris tantisper contractum approbat Halmstadianum, donec arces recuperaret, pristinam deindè tyrannidem exercens.

Severinus, XIX. Ferogensis Præsul hoc tempore.

1436.

MCDXXXVI. Ericus ad vitam aspirans solitariam, Scondiis Bugislaum patrualem obtrudere frustra conatur Dominum.

Sueones Regis execrantes perfidiam, & Arbogiæ convolantes initio anni, omnem illi renunciant obedientiam, ni pactis velit respondere.

Engelbertus, collegam nactus Carolum regni Marschalcum, Danis, velut ante biennium, arces Sueciæ Gothiæque extorsit.

Idem victor principio veris, Stocholmiam contendens, à magno Benctsonio nefariè trucidatur & Oerebrogiæ sepelitur.

Quando Birgitta Marschalci uxor quoque moriens, apud Franciscanos Stocholmiæ humatur.

Carolus totum Sueciæ dominium adeptus, suo magis quam Procerum commodo reliquorum invigilat; Undè magnanimus heros, Ericus Puchius illi offensus, exitium ipsi machinatur.

Quod evadens Gubernator, cum regiis, festo Pentecostes, ità transigit Vastenii Commissariis, ut bimestres approbaret inducias.

Ericus rex interea cum Holfatis & Vandaliciæ mercatoribus, XV. Julii, fœdus in Suecos contrahit rebelles.

Quo Petrus tempore Archipræsul Daniæ mortem oppetivit.

Sed Rex Calmarniæ ita reconciliatus Suecis fuit, ut XXIX. Septembris comparere Sudercopiæ, & pacta implere promitteret.

Neutrum porro contigit; & tamen ibi concurrentes Sueci, Dani- que, contractum roborant Calmarnensem, V. Octobris.

Ibidem prænobilis Broderus Suenfonijs, quod Marschalcum inju- stitiæ accusaret, capite fuit mutilatus.

Ericus Puchius, eandem propter etiam cum Polemarcha expo- stulans, & gubernaculum affectans, bellum orditur domesticum.

Johannes, XXIV. Daniæ Metropolitanus.

Benedictus, XX. Antistes Lincopenfis.

Sueno, XLI. Scarenfis hoc tempore.

MCDXXXVII. Marschalcus Erico Dalecarlis stipato, etiam arma- tus occurrens, illi pervasit, ut secum Arosiæ colloqueretur, ubi contra fidem captus publicam, & Stocholmiam perductus, obruncatur. 1437.

Mox avaritia & sævitia Marschalci, alium illi æmulum, nempe Christiernum Nicolaium, regni Archidapiferum, fuscitarunt.

Odiosum Caroli detestans imperium similiter Sueciæ Archipræ- sul & Regis potius optans, modò pactis ille vellet stare, in Daniam fe- stinat, Ericoque sceptrum eâ defert conditione.

MCDXXXVIII. Christiernus & Carolus varias ac nefarias exer- cent similtates, quas hic diffimulans, illius plectit fautores ac sectatores. 1438.

Sueci apud Carmelitas Dantisci facellum sibi constituunt.

Noviomontani prope Moguntiam Benedictini, per literas à Vaste- nensibus, XXV. Junii, flagitant reliquias S. Birgittæ, & impetrant.

Olaus, Sueciæ Metropolita, eodem die mortiferum gustans fer- culum, à Marschalco, ut fertur, paratum, quod Regis ille faveret inductio- ni, decessit.

Ericus non minus Danis quam Suecis se odiosum animadvertens, in Gotlandia sibi delegit diversorium, & peremptoriè ab his citatus, non comparuit.

Marschalcus Sueciæ, V Octobris, secundas Stocholmiæ nuptias, cum Catharina filia Caroli Ormsonii, celebravit.

Concilium prohibet Basiliense, VII. Octobris, nè Clerus Sueciæ Politicorum admitteret suffragia, in Præsulum electionibus.

Dani, Erico prorsus subtrahentes subjectionem, XXVII. Octobris, Christophoro, Bavariæ principi, sorore illius genito, Suecis & Norve- gis in consilium non adhibitis, scepra Scondiæ obtulerunt.

Nicolaus, XXIX. Sueciæ Archiepiscopus.

MCDXXXIX. Christiernus Sueciæ Archidapifer, seu potius nomo- phylax, & prorex, à marschalco in vincula coniectus, Rege abjurato, & Nycopiâ Wiburgoque resignatis, liberatur. 1439.

Deindè Carolus cum fororio Nicolao Stensonio, & hujus fratribus, Benedicto ac Boëtio, Regi adhærentibus, Stegeburgumque & Calmarni- am propugnantibus, belligerat, atque Elsburgum expugnat.

Dani, XXIV. Junii, palàm repudiant Eicum, & Christophoro in re- R.D. no. gnum traducto, sceptrum commendant.

Ericus XXV. Julii, confutat exaugurationis suæ causas, Danos multis onerans criminibus, & Christophoro dissvadens illorum capes- sere gubernaculum.

In conventu Ordinum Telgenfi concluditur, ut Erico & Christo- phoro prorsus repudiatis, regnum sub Marschalci conquiesceret aliquan- diu régimine.

Ubi & Calmarnia, Stegeburgumque illi resignantur, mensēque Octobri, Oratores urbium Vandalicarum, Jenecopiæ nequicquam svadent illi Scondiis Erici restitutionem.

Quando Sueci approbant regnorum unionem, juxta tamen conditiones, anni MCDXXXVII. Calmarnenses, ast Christophorum improbant ibi Dominum.

Brigittiniâ Concilio plurimum cribrantur Basiliensi, & non confirmantur.

Nicolaus Stenfonius; & Thuro Marschalci frater uterinus, morti succumbunt.

1440. Gunnarus, XX. Præful Hammarensis circa eundem.

MCDXL. Prorex Sueciæ Carolus, Borholmium Oelandiæ armis Erico extorfit, & Abogensē, Castelhomensemque, occupat munitiones. Christophorus, initio veris, præstat Danis Viburgi sacramenta fidelitatis.

Ducatum Holfato indulget Slesvicensem, velut hæredi.

Sueones mensē Junio Calmarniæ, & Septembri Arbogiæ â Danis super Christophori electione, plus quam amicè compellati, responsum prorogant, Ludosiæ anno dandum sequenti.

Norvegi similiter â Danis provocati, Suecos consulunt, & fœdus in Danos illis offerunt; Verum IV. Octobris svadetur ipsis, ut Ludosiæ comparerent.

Marschalcus Sueciæ, regios magnopere affectans honores, fatidicam consulit Vasteni monialem.

Stycho, XXIII. Episcopus Arhusiensis.

Thorlavus, XIV. Wiborgensis.

Laurentius, XXII. Wexionensis, circa eundem.

1441.

MCDXLI. Christophorus, non ignorans totam suæ spem electionis â Carolo Sueciæ Marschalco, pendere, aureis ipsi montibus, XIII. Januarii, promissis, eum sibi devinxit.

R.S.&N.

97. 99. Christophorus, Ludosiæ principio Februarii, â Suecis & Norvegis rex eligitur, gravibus quidem conditionibus, hasque licet XXV. Aprilis sanctè approbasset, illis tamen non satisfecit.

Synodus, mensē Junio provincialis Sudercopiæ celebratur.

Novus Daniæ rex plebeculam Jutiæ borealis VI. Junii perdomuit rebellem, MDCCC ex illa trucidatis.

Idem XIV. Septembris die, coronatus Upsaliæ, Sueonum Proceres LXX. cingulo donavit Equestri.

Sed IV. Octobris, Clero Sueciæ, ac præsertim Upsalensi, privilegia roboravit; Cæterum Brigittinis in Finlandia Nadendalensibus, VII Octobris, se præbuit valde munificum, ut fundator cœnobii censeretur.

Marschalcus sibi Regem insidiari non obscure animadvertens, Novembri mensē, in suam secessit Finlandiam, nec illius magnoperè timuit perfidiam, vel aliorum invidiam æmulatorum, quorum præcipuus erat Christiernus, regni Dapifer.

Nicolaus, XXI. Antistes Lincopensis.

1442.

MCDXLII. Christiernus, Sueciæ Archidapifer, seu Drossetus, XXIX. Aprilis, vitam clausit, apud Franciscanos Stocholmiæ sepultus.

Marschalcus Sueciæ vocatus â Rege, ut æmulis responderet, sub fide publica compareret armatus, & sponsonem appellans regiam, evadit infidias.

Christophorus, â Suecis tertiam extorfit subscriptionem unionis, cum Dania & Norvegia perpetuæ. Idem

Idem, Suevicæ volumen Legis castigatum, II. Maij confirmavit, & regnum IV. Equitibus, Archiepiscopoque commendans, in Norvegiam properavit.

Christophorus æstivo tempore, regia Noricorum insignia capescit.

Achatius, XIX. Præful Arosiensis circa eundem.

MCDXLIII. Christophorus in Dania Ripæ, Calendis Januariis, inauguratus, ipsemet cecinit Evangelium, & LXXII. fecit Equites. 1443.

Idem Hafniam, Episcopo subductam Roschildensi, Coronæ acquisivit, cui XVI. Octobris Leges tradidit municipales.

Johannes Daniæ Metropolitæ, mense Junio, vivis excessit.

Facultas Brigittinis, Nadendalensibus ab Helga migrandi ad Aëlis, XIII. Augusti, à Rege conceditur.

Christophorus, quodam Lubecenses stratagemate, nitens Danis subjugare, sperato frustratur eventu.

Thuvo, XXV. Daniæ Archipræful.

Hennechinus, XXIV. Antistes Ottoniensis.

Andreas, XVIII. Stregnensis.

MCDXLIV. Baltazar Soldanus, Turcarum imperator, Christophoro Scondiæ Dominatori filiam obtulit conjugem. 1444.

Thuvo, Daniæ Metropolitanus, in conventu Scondiorum Calmar-nensi, pro Sueciæ se quodammodo primatè ostentans, & ideò compellatus mense Junio à regni Præfulibus, negat palam se primatum sibi aliquem ibi arrogare.

Christophorus, Montisgratiano in Bavaria Cœnobio Brigittinorum, tulit subsidia hoc tempore.

Idem Vandalicos Bergæ negotiatores, IV Decembris, in ordinem, redegit.

Ericus, XIX. Præful Stregnensis.

MCDXLV. Dorothea Johannis filia Marchionis Brandenburgici, Christophoro elocatur, nuptiis XII. Septembris Hafniæ celebratis. 1445.

Gosvinus, XXIV. Scaltholtenensis Episcopus.

MCDXLVI. Ericus rex, isto & prioribus annis, factâ ex Gotlandia crebrò excursione, Suecos præcipuè incurfavit. 1446.

Horum itaque Christophorus assiduis motus querelis, infestus petit Gotlandiam, & amicè cum avunculo collocutus, Sueciam repetit, quam solitâ Ericus piraticâ deinceps non minus divexavit. Sed perfidiam Christophori, Deus naufragio insigniter multavit.

Hemingus, XX. Antistes Ferogensis hoc tempore.

MCDXLVII. Brigittini, Nicolao V. supplicant, ut rigida nimis statuta Concilii Basiliensis, contra se prolata, dignaretur mitigare, vel prorsus abrogare. 1447.

Christophorus Anglis, Scotis & Hollandis, Gronlandos ac Islandos molestantibus infensus, Scondicâ illos classe incurfat, & immensas opes cumulat.

Idem Suecos sibi infestos, ceu pacta non servantes, animadvertens, & illorum formidans propterea defectionem, statuit primarios Sueonum in conventu, ad XIII. Januarii diem, Jenecopiæ frequentando, obtruncare: Sed mors ipsius sceleri posuit obstaculum.

Godeschalcus, XVIII. Præful Holensis.

MCDXLVIII. Christophorus Scondiæ Monarcha, Helsingburgivita morte commutavit V. Januarii, quem Roschildia humavit. 1448.

Sed grandem illius thesaurum, ex Scondia pro impugnatione Lu-

becensium, diu congregatum, Dani totum, cum multiplici apparatu Scandianæ bellico, sibi vendicarunt.

Nicolaum Sueciæ Archipræsulem, XVII. Februarii, mors abstulit, cui Johannes Ecclesiæ Præpositus Upsalensis, subrogatus, quod Lugduni à Felice Schismatico, & simul Romæ à Nicolao confirmationem obsecrasset, non parum molestiæ sustinuit.

Nicolaus Papa, statutum contra Brigittinos abrogat Basiliensè; & totam sibi Sueciam reconciliat.

R. S. 98. Carolus regni Marschalcus, in conventu Ordinum Stocholmensi, rex XX Junii appellatur, novo frustrà cum patre ac patruo adversante illi Archiepiscopo, & suis procurare thronum elaborante.

Carolus, XXIX. Junii, regia nactus Upsaliæ insigniâ, proceres regni XXXIII. creavit Equites.

R. D. III. Dani autem Christierno Oldenburgensium Comiti, priscâ Regum profapiâ Scondicorum oriundo, Haderslebiæ, Calendis Septembris, Sceptrum regni contulerunt.

Suecus Gotlandiam recuperaturus, Visbygium obsidet, & IV. Decembris oppido potitus, castrum impugnat acrius, quod rex Ericus defendens, Dani poscit auxilium.

1449. Joannes, XXX. Sueciæ Metropolitanus.
MCDXLIX. Carolus & Christiernus, sceptrum studiosè præstant Noricum, Ordinibus in illum magis propendentibus.

Dani, principio veris, Visburgum Erico regi, Pomeraniam inde repetenti, & Sueco reliquum Gotlandiæ, mense Julio, fraudulenter eripuerunt.

Quando simul Christiernus, suam Marstrandii pervasit australibus Norvegiæ incolis electionem.

Idem, XXVIII. Octobris, Danicum Hafniæ capescit diadema, & Dorotheam, Christophori viduam, sibi jungit matrimonio.

R. N. 100. Carolus, à borealibus Norvegiæ Ordinibus, Rex salutatus, illuc festinat, & XX. Novembris per Archipræsulem Nidrosiæ coronatus, Sueciam repetit, moxque in Norvegiam regressus, Dani compefcit fautores.

1450. Olaus, XXXI. Antistes Roschildensis.
MCDL. Suecici XII. Commissarii, cum totidem Danicis, de Norvegia & Gotlandia disceptaturi, confluunt Halmstadii, ibique mense Maio, contra expressum Caroli mandatum, Dano assignant Norvegiam, & causam prorogant Gotlandiæ in annum sequentem.

R. N. 101. Norvegi hâc perfidissimâ seducti transactione, Christiernum, XXIX. Julii, compellabantur inaugurare, contra rege Carolo protestante, ad tribunal appellante Romanum, & perfidiam suorum Commissariorum perfundante, multanteque.

Norvegi Calendis Septembris, Bergæ subscribunt regnorum unioni, & Christierno faciunt potestatem, successoribusque primatem regni nominandi.

Aslacus, Norvegiæ obiit Metropolitanus, & Rex illâ fretus licentiâ, Marcellum subrogat; Sed Papa, Henricum, gravisque propterea oritur utrinque discordia.

Norvegis conceditur facultas, ob vini penuriam, mulso litandi & communicandi.

Carolus Nicolaum orat Pontificem, ut missò in Scandiam legato, controversiam inter Suecos & Danos, super Norvegia & Gotlandia, decidere non gravaretur.

Idem consensu senatus, IV Octobris, decrevit, ut Vastenenses quotannis cenobitæ binos ex quolibet in Suecia conjugio, perciperent denarios pro sustentatione.

Saxum Morensæ fuit translatum à prisco, ad illum, ubi cernitur hodie locum, vel potius anno sequenti.

Marcellus, XXII. & Henricus, XXIII. Norvegiæ Archipræsules. Circa eundem uterque, Thorlavus, XXII. Bergensis Episcopus. Olaus, XVII. Abogensis.

Anno MCDLI. Crucigerorum legati, & civium Vandalicorum à Sueco rogati, suam deferunt operam partibus in controverso Norvegiæ ac Gotlandiæ negotio transigendo, quam Danus suæ diffidens causæ, respuit. 1451.

Sueci cum Danis Rotnebygiæ colloquentes, decretum XXIV Junii approbant Halmstadianum, præter articulum de Norvegia & Gotlandia.

Bartholomæus, Coronensis Præsul Ecclesiæ, & legatus Pontificis, Româ XXIII. Junii expeditus, in Scondiamque delatus, Christiernum aliquoties citavit, ut coram suo probaret tribunali, quo Norvegiam & Gotlandiam jure possideret; sed noluit comparere, ternas faciens in Sueciam intereà excursiones.

Catharina, regis Caroli uxor, Stocholmiæ demoritur, VII Septembris.

MCDLII. Suecus Danum ad honestam compulsurus transactionem, cum LXX. hominum millibus, per totam fermè hyemem in Sconia, Hallandia & Blechingia grassatur. 1452.

Christianus vicissim initio ætatis, hosticum invadens, totam fermè Vestrogothiam subdidit, à Castellanis proditam sibi clam faventibus.

Atqui cum maxima suorum clade, cogitur Danus receptui demum canere, ac Vestrogothiam deferere, licet totius dominium Sueciæ non dubia spe devorasset.

Tamen in maximis fuit Carolus angustiis constitutus, quod non paucos Danus in Suecia haberet fautores, quorum primarius erat, Archipræsul Joannes, cum suis contribulibus, & illi assidue hostium commodo studerent.

Causa porrò discordiæ inter Carolum fuit & Joannem potissima, quod ille nimium in Ecclesiastica se negotia ingereret; Paulò avarius regeret, ac sceptrum cognatis Archipræsulibus præripuisset; Cæterum utrique fuit exitiosa dissensio.

Benedictus, XLII. Antistes Scarenensis circa hoc tempus.

MCDLIII. Carolus borealem armis subjugat Norvegiam, & tandem dolosis ab hoste induciis seductus, Norvegiæ ac Gotlandiæ superferet impugnatione. 1453.

Idem sub brumæ exitum, uxoris peragit Vasteni exequias; Quando fertur binas Magni coronas precii, à Regina donatas Philippa, Cœnobitis extorsisse, æquam promittens compensationem.

Nicolaus Pontifex, cum filia dispensat regis Caroli, XIX. Maij, ut monasticen liceret illi Vasteni profiteri.

Axelidum præpotens in Dania tribus, fundis quibusdam à Christierno minus justè spoliata, ad Caroli secessit partes, & Dano non parum negotii diu faceffit.

Siggo, XX. Sregnensis Episcopus.

MCDLIV. Carolus, habitâ in fundos inquisitione Ecclesiasticos, deprehendit Clerum cum damno status politici opulentum, & propterea inhibet, nè pluribus donaretur prædiis. 1454.

Christiernus intelligens Norvegos suo Sueciam jussu infestantes, cladem ibi passos, tempore autumnii, binas à Carolo inducias flagitat, & obtinet.

Carolus filiam ordini mancipans Brigittino Vasteni, ipsemet canit Evangelium coronatus, quando & potentiam magnificentiamque suam ostentavit.

Danus cum Romano exoptulat Antistite, quòd Marcellum Ecclesiæ Candidatum Nidrotiensis nollet approbare.

Petrus, XX. Præful Arosiensis hoc tempore.

1455. MCDLV. Dorothea Johannem genuit Christierno filium, Junio mense.

Institores Bergæ Vandalici tumultuantes, Episcopum & Castellatum occidunt, cœnobiumque exurunt Munchalivense Brigittinorum.

Danus etiam gladio pugnaturus Ecclesiastico, novum orat papam, ut Suecum feriret anathemate, ceu bona sibi vendicantem Dorotheæ vitalitia, Oerebrogiam.

Joannes Sueciæ Archipræful, ab eodem appellatus Pontifice regni primas Sueciæ, non parum Danos offendit.

Henricus, XXIX. Antistes Ripensis.

Circa eundem Olaus, XXI. Arosiensis.

Gunnarus, XIX. Stavangrensis.

Johannes, XXI. Ferogiensis.

1456. MCDLVI. Christiernus bullam Calixti, non Sixti, contra Carolum impetrans, non Oerebrogiæ tantum, sed totius etiam Sueciæ sperat dominium.

Calixtus verò Marcelli improbens electionem, magnopere Christiernum offendit.

Danus magis formidans Thordonem Bonde, Sueciæ Marschalcum, quàm Carolum, infidiis curat illum trucidari.

Idem fœdus cum Gallo pangit in Suecum, & huic insuper domesticas commovet factiones.

Christiernus sic animatus & armatus, Sueciam inyadit, Ecclesiastico simul & politico pugnat gladio; bullam Calixti publicat; Elsburgum & Borholmium occupat; sub Calmarnia profligatus.

Jacobus, Olaus, & Andorus, Episcopi Bergenses hoc tempore.

1457. MCDLVII. ineunte, Carolus Elsburgum & Borholmium recuperaturus, illuc cum insigni festinat exercitu.

Joannes, regni Archipræful, Caroli absentiam animatus; veteri odio instigatus, & à Dano provocatus, Uplandiis & Norlandiis sub signa vocatis, apertum Regi bellum denunciat.

Carolus ideò regressus, & hosti Stregnesiæ congressus, IX Februarii debellatur, ipsumque victor insequens Stocholmiam, binis urbem castris oppugnat, & hostem supplicem superbè rejicit.

Quamobrem suis Rex diffusis rebus, clam inde navigat Danticum, principio jejunii Paschalis, & ibi susceptus benevolè, Poloni, Angli Burgundi, Vandalicarum urbium, & Crucigerorum implorat opem, sexennioque patriam exulat.

Archiepiscopus verò Stocholmiam, XXII Februarii nactus deditam, reliquum oberrat regnum & occupat, Danumque clam advocat; Sed hic, ordinis Crucigeri patrocinium sibi vendicans, VI Januarii, Polono minatur, illum bello impetere machinans.

Idem nuncio exhilaratus Archiepiscopi, aurea spondet Suecis

secula, & Gotlandiæ resignationem, si rex ab illis eligeretur.

Mense postea Junio delatus sub Stocholmiam, significat Ordinibus ibi congregatis, se illis subsidio advenisse contra Carolum, mox cum exercitu affuturum; Quibus ideò perculsis metu, thronum spondentibus, privilegia liberaliter confirmat, & nihil servat. R., S. 99.

Qui, XXIX. Julii, coronatus Upsaliæ, hincque elatus, Polono & Dantiscanis, propter Carolum, & Crucigeros, arma denunciat; Carolum peremptoriè citat, anno sequenti objectis Stocholmiæ responsurum criminibus, ac Pontifici simul fortunam suam manifestans, Archiepiscopum Suecia excusat, & Carolum summoperè accusat.

Calixtus hinc motus, Joanni victoriam gratulatur, & XIX. Octobris, eum à censuris, si quas belligerando contraxisset, absolvit.

Verùm, Calendis Majis, Calixtus privilegium per suos indultum antecessores Danis, non obligatis Romæ ad citationem comparere, priusquam causa domi esset ventilata, roboravit.

Paulus, XXV. Præsul Bergensis, hoc tempore.

MCDLVIII. Christiæ nus Sueciam perlustrans, ab incolis passim extorquet filii Johannis electionem. 1458.

Discordia Christiæ cum Casimiro & Gedanensibus, Stocholmiæ XXIV. Junii, multum ventilata, non potuit componi, & annuæ solum induciæ, XXVII. Julii, approbantur.

Carolus ibidem non comparens, per latam ab osoribus sententiam, fundis in regno sitis privatur: Quando Caroli fautores Christiæno Wiburgum eripuerunt.

Novus Sueciæ Rex, festo corporis Dominici, Clerum eximiis ornat privilegiis.

Idem turgidus Scondiæ monarcha, Scoto bellum molitur, quod pensionem ex Sudorensibus diu non persolvisset.

Olaus, XIX. Antistes Holensis.

MCDLIX. Casimiri & Gedanensium controversia cum Christiæno, Lubecæ fuit iterum discussa, Calendis Maijs, & solum triennalis concordia decernebatur. 1459.

Ericus quondam Scondiæ monarcha, Rivoldiæ colophonem vitæ imposuit tragicæ.

Adolphus Dux Sueciæ, & Comes Holsatiæ, X Decembris mortem quoque appetit.

Catillus, XXII. Præsul Lincopensis.

Sigvardus, XX. Stavangrensis.

Marcellus, XXV. Scaltholtenfis.

MCDLX. Christiænus in dominum ab Holsatis susceptus, à fratribus, & Schovenburgensium Comitibus, redemit cohæredibus omnem eorum in provinciam, pro XCIII. aureorum millibus, jurisdictionem. 1460.

Quam ille pecuniam numeraturus, tam avarè apud Suecos quoque æruscavit, ut his pera sine fundo, pertusa & inexplebilis, cognominaretur, indignantibus suo Danos auro provincias comparare.

Danus, VIII. Octobris, ita Scoto reconciliatur, sequestro & arbitro Gallorum Rege, ut filium ipsius generum deligeret, & loco dotis pensionem relaxaret Sudorensi.

Magnus, XXIV. Antistes Ottoniensis.

Canutus, XV. Wiborgenfis.

Jacobus, XVIII. Borglamensis.

1461.

MCDLXI. Martinus à Fegreno, Pontificis legatus, in Scandia subsidium bello congregat, in Saracenos gerendo.

Christiernus autem in Suecia, non modicam precii conflavit partem, novas incolis contributiones imponendo; proventus regi huc convertendo; aurum mutuando; legatum Papæ, & Brigittinum Vasteni thesaurum, expilando; Quibus Holsatiam sibi acquisivit.

Cui etiam cessit emptionis negotio, ingens Caroli, vel potius regni thesaurus Suecici, nunc proditus Christierno.

Quidam Sueonum ab Archipræsule factionis, Carolo patrocinantis falso accusati, plurimumque cruciati, vitâ & bonis exuuntur.

Olaus, XXIV. Norvegiæ Metropolita.

Benedictus, XXII. Præsul Arosiensis, hoc tempore.

Olaus, XXXII. Roschildensis.

Conradus, XIX. Abogensis.

1462.

MCDLXII. Christiernus Vandalicis parans arma negotiatoribus, placatur; eadem Bohemo & Polono minatus, contemnitur; sicut etiam à Bremensibus, non Pomeranis, quos ideò impugnat, quòd thesaurum nolent restituere, quem ex Scandia rex Ericus exportasset.

Brigittini Nadendalenses, XIII Augusti, per Conradum Finlandiæ antistitem inclusi, vota nuncuparunt.

Carmelitæ proprium in Scandia Præpositum nanciscuntur generalem: Quibus & Oerebrogiæ modo cœnobium extruitur.

Bero, XLIII. Antistes Scarensis, circa eundem.

Birgerus, XXIII. Arosiensis.

1463.

MCDLXIII. Joannes Sueciæ Archipræsul, quod furenti tributa populo relaxasset, & primatis titulum usurpasset, rebellionis suspectus, à Rege in vincula compingitur.

Plebecula Uplandiæ benefactorem & Pastorem liberaturâ, Regem Stocholmiæ impugnat, doloque profligata dilabatur.

Quam denuò, aliamque Catillus, Ostrogothiæ Antistes, & captivi amitinus, sub signa cogens, fortunatius cum Tyranno belligerat.

Quocirca Rex metu consternatus, menle Novembri, enavigat in Daniam, Archiepiscopo secum traducto, & Catillus paulisper arma deponit.

Martinus à Fegreno, præcipuâ thesauri parte in Scandia hætenus per indulgentias collecti, à Megapolensibus & Luneburgensibus spoliatur.

Idem non paucos ex Suecia libros simul exportavit, quos olim Gothi, Româ expilatâ, huc secum in patriam attulissent.

Johannes, XXI. Antistes Stregnensis.

Finrogus, XXVI. Bergensis circa eundem.

Alpho, XXI. Stavangrensis.

1464.

MCDLXIV. Catillus, quod nollet Rex sæpe numero compellatus, infontem relaxare Archiepiscopum, arma resumens, illa Tyranno denunciât, & obedientiam ipsi hac aliisque de causis non minoribus, nomine Sueonum renunciat.

Christiernus primo vere grandem adducens exercitum, à Catillo sub Arosia profligatur, & Stocholmiam refugiens oppugnatur, proptereaque mense Junio, difficulter in Daniam incolumis revertens, magnoperè tristatur.

Novus Papæ legatus, in Scandiâ voluntarium cogit militem, cruce signatum, adversus Saracenos seu Turcas.

Catillus, plebeculæ clamoribus, reditum contumaciter flagitantis Carolinum, superatus, consentit.

Carolus igitur honorificè in patriam revocatus, mense Augusto, sub Stocholmiam armatâ classe defertur, & à Suecis cum gaudio susceptus, quod naves & captivos Danis, pro quibus expectaretur Archiepiscopi liberatio, resignasset, in odium Catilli absentis incidit.

Christiernus à Catillo admonitus liberandi Archipræsulis, is ità Sueciæ dominio restituendus, consensit lubens, & XIII. Septembris, illum vinculis absolutum, cum ingenti honore & amore in patriam remisit.

Archiepiscopus mox regni gubernaculum arripens, simulat odium in Christiernum, sed Carolum Ecclesiastico & politico impugnat gladio, nec expugnat.

Circa eundem Lydechinus, XXIV. Arosiensis Episcopus.

MCDLXV. Joannes & Catillus, XII. Januarii, Carolum Stocholmiæ obsederunt, qui tandem potentiae hostium cedere coactus, & Rasburgum Finlandiæ, cum præfectura pactus subjecta, sceptrum regni, cum omni ad illud sua jurisdictione, illis assignavit.

Præfectura Stechensis, & civitas Upsalensis, Archiepiscopæ incorporantur, ob damnorum, quæ illa & Johannes sustinissent, compensationem.

Christiernus Hamburgi veteres, VIII. Octobris, cõdonat Anglo offensas, subsidium in hostes pollicenti.

Idem cum fratribus, causam urgentibus Holfaticam, & plus auri poscentibus, firmiter transigit.

Jacobus, XIX. Antistes Borglamenti.

MCDLXVI. Sueci cum Danis Jenecopiæ causam ventilarunt Christierni, & tandem Februarii principio solum unioni regnorum, novoque subscripserunt conventui.

Archipræsul Sueciæ, Catillo collegâ mortuo, integrum adeptus regni dominium, Nicolaum Sture, ceu Caroli fautorem, valde persequatur.

Ivarus Axelii, Carolum deligit focerum, ut ipsius & sectatorum ope, Christierno prævaleret hosti, nec ille spernit generum, ut Sueciam & Gotlandiam facilius recuperet.

Magdalena, mense Septembri, Nycopiæ Ivaro copulatur, quibus Carolini nuptiis conjurant, & Danum abjurant, Archipræsulique gubernaculum propterea extortum, tradunt Erico Axilfonio, Caroli sororio.

Christiernus Bohemo, Polono, & fratri Gerhardo, reconciliatur; Sed cum Burgundiæ, Normanniæ ac Britanniæ, fœderatur Principibus.

Nicolaus Sture, Caroli studens partibus, Dalecarlos educit, & Arosiam, sequestro Gubernatore adeptus, reducit.

Henricus, XXIII. Præsul Lincopensis, hoc tempore.

MCDLXVII. Copias Archiepiscopus ex Dania nactus militares, Gubernatorem Stocholmiæ oppugnat, & cognatis mandat Erico Nicolai, ac Erico Carlsonio, ut plebeculæ auxilio, Carolinos infestarent alibi.

Cæterum Nicolaus, & Steno Sturii, Ivarusque Axelfonius, illos insigniter profligarunt, ac thronum Carolo iterum obtulerunt.

Hinc Joannes consternatus, militiam deserit, & in hac vicarium ordinans, Ericum Carlsonium, solitariam in Oelandia vitam eligit.

Sed Ivarus Axelfonius, indè animatus, & Christierno iratus, velut quoddam pupillis feudum, non æquè auferenti, se hostem illi publicat.

Rex idè corripens simul arma, binas illi munitiones extorsit; Atqui fratrem Ducatui Jutiæ inhiantem, dolo Christiernus captivat, & cum Anglo Scotoque de novis expostulat injuriis.

Carolus, XII Novembris, throno restitutus, regnum oberrat; tumultus sedat; incolis fidelitatem spondet; & Sueciam Gothiamque recuperat, præter Calmarniam, & Oelandiam.

In hac Archipræful, mense Decembri, animam, Carolo inimicam, exhalavit.

1468. MCDLXVIII. Jvarus Axelsonius, castro in Dania suo per Christiernum obesso ferens auxilium, cum hosteque transigens, arma deponit.

Danus fratrem Gerhardum, XXV. Februarii, donat libertate, injurias captivationis remittentem.

Carolus à Christierno admonitus transactionis, Halmstadiano subscribit colloquio, idque nullum protulit fructum, quod Danus subdole nimis agere depræhenderetur.

Nam illius machinatione, Ludovicus patriarcha Antiochenus, legatus Papæ & Cæsaris, Hafniam delatus, XII. Junii, Suecos ad suum tribunal nimis arroganter citavit, comparere non dignantes.

Christiernus, ope Vandalicâ, cum Anglo belligerat, Islandis injurio.

Sed VIII. Septembris, Scoto reconciliatus, filiam illi desponsat Margaretam, & pensionem relaxat Sudorensis, Orcadesque pro dote oppignorat, nempe L. millibus aureorum.

Vestrogothi & Smalandi, Danis faventes, mense Novembri, multantur, nec impunè, cum hostium insidiis plurimi occumberent Carolinorum.

Petrus, XXX. Antistes Ripensis.

Nicolaus, XVI. Viborgensis.

1469. MCDLXIX. Biennales belli feriæ, Danos & Anglos inter constituuntur.

Optimates Holfatiæ in Christiernum & Gerhardum, ceu pactorum transgressores, Maijo mense, conspirarunt.

Jacobus III. Scotorum Rex, cum sponsa Dana, Edenburgi, X Julii, matrimonium consummavit, Hetlandiam pro dote in pignus etiam nanciscens.

Christiernus, Lubecæ coram Senatu urbis sequestro, cum Suecis disceptans, frustra suam urget restitutionem; Ideoque, X. Octobris, cum Lubecensibus, Hamburgensibus & Holfatis in Suecos conjungit arma.

Sed prius captivationi Carolus Vasteni destinatus, illam evadit, non filia, Magdalena.

Ericus Carlsonius, à Christierno instigatus, plebeculam Uplandiæ ad arma convocat, & Carolus Dalecarlos ac Sudermannos, mutisque se cladibus afficiunt, illo tamen prævalente, & thronum sibi Sueticum promittente.

Mariestadianum Brigittinis, exstruxit Christiernus in Dania monasterium.

Primatus Sueciæ, Thordoni Lincopensem Decano, per Carolum destinatur; Sed Jacobus Ulphonius, prævalens, XVIII. Maij confirmatur, & mense Decembri, in Brigittino Romæ sacello, inauguratur.

Lydechinus, Arosiensis Præful, basilicam eleganter instauraturus, MLX. annorum concedit indulgentias, fabricæ auxiliantibus.

Jacobus, XXXI. Sueciæ Metropolitanus.

Nicolaus, XVII. Præful Wiborgensis.

1470. Anno MCDLXX. Ericus Carlsonius, XXX. hominum millia sub signis ducens, Stenoni & Nicolao Sture, cum exercitu Dalecarlorum,

Carolo in subsidium descendentibus, occurrit, & XIII. Januarii, victus ignominiosè, cum paucis superstitum sibi fugâ consulit.

Danus tantam fautorum vindicaturus cladem, Gothiam invadit, & ab obviis denuò Sturiis debellatus, in Hallandiam refugit, victoresque Calmarniam obsident.

Interea Carolus, Stocholmiæ cum morte colluctans, XV. Maij, superatur, & in Ecclesia Franciscanorum humatur.

Tres erant throni Suecici competitores, Christiernus, Canutus filius Caroli nothus, & Steno Sture, hicq; affinium patrocinio Axelsoniorum prævaluit, qui & hostibus in Uplandia congressus, in Daniam eos fugavit.

VI. Gummundus, XXIII. Præsul Wexionensis, hoc tempore.

MCDLXXI. Heros Steno mavortius, in conventu ordinum arbo-
genfi, Gubernator, Calendis Maijs, designatus, bimestres Dano concedit in-
ducias. 1471.
R. S. 100,

Christiernus, X. Julii, sub Stocholmiam insigniter armatus appellens, cum Suecis per aliquot agit septimanas de sua restitutione, atque tandem omni frustratus spe, urbem initio Septembris, occæpit impugnare.

Steno clam inde progressus, Gothos, & Suecos, ast Nicolaus, illius achates insignis, Dalecarlos, ad arma convocarunt.

Qui conjuncto exercitu, hostem, IX. Octobris, invadunt, & urbani simul erumpunt, Christiernusque tantam passus cladem, quantam non prius unquam, difficulter, ipsemet vulneratus, cum paucis in Daniam evadit.

Constitutio promulgatur Ordinum Stocholmiæ, XII. Octobris, quâ ex senatu urbium omnes excluduntur peregrini, seu alienigenæ, quod regno sapius fuerint perniciosi.

Matthias, XXII. Antistes Ferogiensis, hoc tempore.
MCDLXXII. Jvarus, & Ericus Axelsonii, ob fidam Sueciæ ope-
ram hæctenus navatam, feudis ornantur amplissimis. 1472.

Thuvoni, Daniæ Archiepiscopo, IX. Aprilis, dies funestus, & mortiferus exstitit.

Dani cum Suecis Calmarniæ, II. Julii, redeunt in gratiam, & aliud approbant colloquium, in quo jus Christierni ad sceptrum Sueciæ sit discutiendum & concludendum.

Rex, VII. Septembris, fœdus cum Gallo in hostes pepigit Christiernus.

Johannes, XXVI. Daniæ primas,
Gunnarus, XXVIII. Antistes Aslogensis, circa eundem.
Sueno, XXVI. Scaltholtenfis.

MCDLXXIII. Dani haud valentes Suecis, in congressu persuadere
Calmarnensi restitutionem Christierni, novum impetrant colloquium, &
pacem approbant. 1473.

Christiernus, Dithmersos ad belli pertraxit societatem, & fratris occurrit molitionibus, Holfatiam affectantis.

MCDLXXIV. Provincialis Arbogiæ Synodus, XIII. Januarii, ter-
minatur. 1474.

Quo etiam mense Christiernus, Romam peregrinatur, & ab Imperatore susceptus regaliter, XIV. Februarii, Dithmersiâ donatur.

Porrò ingrediens Romam, VI. Aprilis, suscipitur à Papa liberaliter hospitio, qui Regem plurimis ornavit donis, & facultatem illi concessit Academiam in Dania fundandi, ac Præpositum, Archidiaconum & Decanum in Ecclesiis Scondiæ passim Cathedralibus, præsentandi. Com-

- Commissarii Sueonum & Danorum, Calmarniæ congregati, nihil poterant concludere propter absentiam Regis, & actione usque annum MCDLXXVI. prorogata, recesserunt.
- Christiernus, mense Augusto, domum revertitur, qui non plus quam bis mille ac ducentos in hoc expendit aureos itinere, gratis passim susceptus, habitus, & deductus.
- Gauto, XXV. Norvegiæ Archipræsul, circa eundem uterque.
- Johannes XXVII. Bergensis Episcopus.
1475. MCDLXXV. Christiernus Coloniam honorificè invitatus, proficiscitur, & Archiepiscopum frustra nititur assessoribus amicare. Monachi, ex cœnobio S. Canuti Ottoniæ depulsi, annis XIV. obvagantur, & canonicos execrantur successores.
- Gubernator & Archiepiscopus Sueciæ, ordinum consensu flagitant à Sixto IV. licentiam in hoc etiam regno fundandi Academiam, & Catharinam, S. Birgittæ filiam, quod lignis fulgeret, Divorum catalogo inscribendi.
1476. MCDLXXVI. Suecis, XXVII. Februarii, fundatio Academiae, iisdem quibus Bononiensis gavisura privilegiis, conceditur. Quando B. Catharinæ sanctitas, tribus demandatur Cardinalibus examinanda, qui suos in Suecia ordinant totidem vicarios, quorum unus fuit Archipræsul regni.
- Commissarii Suecici, mense Julio, Calmarniæ cum Danicis, & mense Augusto, Rotnebygiæ cum Rege ipso deliberantes, licet hic suo in Sueciam jure excidisset; tamen illius subscribunt restitutioni, modo imprimis tolleret gravamina. Sed cum adversarii prius restituendum contenderent, & hoc Suecis periculosum videretur, causa sequenti reservatur anno.
- Heldericus, XXXII. Præsul Slesvicensis.
- Johannes, XXIV. Arhusiensis.
1477. MCDLXXVII. Publica in sanctimoniam B. Catharinæ, toto Sueciæ regno peragitur inquisitio.
- Ordines Sueciæ, in Julio congregati, Christierno concorditer renunciarunt, quod pactis ante restitutionem, & gravaminibus nollet satisfacere, ac missis Hafniam legatis, decretum illi palam manifestarunt; undè ad gladium confugiens Petrinum, obsecrat Papam, ut Stenonem, bona suæ Dorotheæ vitalitia sibi vendicantem, nempe Oerebrogiam, illo feriret.
- Steno, Academiae tanta Upsalensi, concessit in temporalibus, ut vocant, privilegia, quanta olim Rex Gallorum Parisiensi.
- Eadem solenniter, XXI. Septembris aperitur, & VII. Octobris, prima ibi lectio facultatum habetur omnium.
- Franciscani suum Stocholmiæ Quardianum, noctu jugularunt.
- Nyslotia Finlandiæ, ab Erico conditur Axelsonio.
1478. MCDLXXVIII. Pontifex à Christierno seductus, Romæ, XXIV. Januarii, sententiam protulit in Stenonem excommunicationis. Sed hoc tempore Hemingus illuc Gadius transmissus, Papam rectius informavit, & per annos deinceps XX, causam ibi Sueticam contra Danos, fideliter propugnavit.
- Christina, Principis filia Saxonici, VI. Septembris, filio nupsit Christierni regaliter Johanni.
- Professores Colonia in Daniam honorificè vocantur.
- Carolus, XXVI. Antistes Ottoniensis.
1479. MCDLXXIX. Moschus horrendum in Livonia & Finlandia grafatur, & à Suecis illum persequentibus plectitur.

Archidiaconatus, mense Septembri, primum instituitur Arosiensis.

Circa eundem, Johannes, XLIV. Scarenfis Episcopus.

Conradus, XXII. Stregnefis.

MCDLXXX. Martinus de Fegreno, arbiter Suecos & Danos inter
â Papa ordinatus, partes Griphisvaldiam citavit; Ast Sueones bello di- 1480.
stenti Ruthenico, non ibi comparuerunt.

Erius Axelsonius morti proximus, Finlandicum tradit feudum,
contra pactum, fratribus, qui Suecis inde non parum facessunt molestiæ.

Conradus, Stregnentium Præful, basilicam nuper exultam, eleganter
instauravit.

B. Catharina, Sanctorum catalogo per Sixtum IV. inscribitur,
cujus festum, XXIV. Martii die, celebrandum publicatur, circa hoc
tempus.

Dithmersi â Dano, juxta donationem Cæsaris, admoniti subjectio-
nis, hanc abnuerunt.

Holfatia Dorotheæ assignatur Regina, quam Dani pro centum mil-
libus essent florenorum redempturi, post Christierni obitum.

Siggo, XLV. Præful Scarenfis, circa eundem uterque.

Olaus, XXII. Stavangrenfis.

MCDLXXXI. Jvarus Axelsonius, Finlandiæ admonitus resignan- 1481.
dæ, variis Suecos delusit dolis, nunc illis blandiendo, nunc minando, & in-
terea cum Dano & Moscho, perfidè colludendo.

Christiernus Rex Daniæ & Norvegiæ, XXII. Maij, vivorum albo
expunctus, Roschildiæ sepelitur.

Sueci & Norvegi, ad novi electionem Regis invitati â Danis, de-
fectionem â fœdere, sibi tam pernicioso, non dissimularunt.

Dithmersi quoque Danicum exosi jugum, XXX Junii, per Cæsarem
ab illo liberantur.

Christiernus Johanni Scondiæ competitori, II. Julii nascitur filius,
non obscuræ tyrannidis ostendens argumenta.

Steno machinationibus Dani cum Axelsoniis & Norvegis, Pontifi-
ceque Romano, prudenter occurrit.

MCDLXXXII. Johannes Calenburgi â Danis rex sulutatus, Holfatiæ 1482.
ambit quoque dominium, & fratri succenset Friderico, incolis ceu magis R.D. 112.
grato, competitori.

Sueci & Dani, XXIII. Augusti die, Halmstadii confluentes, nihil
concludere possunt, quod Norvegi, Danicam execrantes societatem, non
præsentes essent.

Johannes, contra matris molitiones, XI. Novembris, cum fratre
collationem feudi, obtinuit Holfatici.

Eilerus, XXV. Præful Arhusiensis.

MCDLXXXIII. Norvegi hætenus â Danis, Orcadum & Hetlan- 1483.
diæ falso promittentibus restitutionem, inescati, Johannem, II. Februarii, R.N. 102.
regem designant, non Sueci, quod urgerent hi, ut prius satisfaceret Can-
didatus querelis.

Johannes, XVIII. Maij die, â Danis, & XX. Julii, â Norvegis co-
ronatur.

Sed interim Jvarus, mense Junio, Finlandiam Stenoni resignans, am-
pliores in Suecia provincias consequitur.

Sueci fulmine Romano deterriti, Johannem Calmarniæ regem, VII.
Septembris, elegerunt, multis se obligantem conditionibus.

Johannes, fratri canonicatum Colonia, pro Holfatiæ comitatu, provi-
dere molitur. Y 2 Hart-

- Hartvicus, XXXI. Antistes Ripensis.
 Circa eundem Carolus, XXI. Hammarenfis.
 1484. MCDLXXXIV. Scondii, mense Augusto, confluunt Calmarniæ, &
 quod Johannes prius sceptrum capere vellet Suecicum, quam gravamini-
 bus Ordinum satisfacere, non paucis illo fuit annis, propriâ culpâ, de-
 stitutus, quod interea Steno moderatur æquissimè.
 Brynolphus, XLVI. Scarenfis Episcopus, circa eundem.
 1485. Nicolaus, XXIV. Wexionensis.
 MCDLXXXV. Gubernator Sueciæ, Steno, Gotlandiam & Oelan-
 diam frustra nitens, amicè Ivaro subducere, graviter cum illo Stochol-
 miæ corrixatur, & demum subverens, nè Dano insulas proderet, affini
 reconciliatur, Johannem detestanti.
 Sueci, traducto in Livoniam exercitu, suppetias Archiepiscopo fe-
 runt Rigensi adversum Crucigeros.
 Innocentius VIII. Danis concessa per antecessores privilegia, &
 præcipuè illud, ne ad primam respondere obligarentur instantiam Romæ,
 XII. Junii, & XXIX Julii, omnia roboravit.
 Quando & Norvegis, ceu penuriâ vini laborantibus, sine illo per-
 misit litare.
 Fridericus de fratris dolo admonitus, studiis Coloniae desertis,
 domum festinat.
 Nicolaus, XXXIII. Præsul Roschildensis.
 Johannes, XXV. Arosiensis, circa eundem.
 1486. MCDLXXXVI. Sueci cum Vandaliæ negotiatoribus in Danum, &
 cum Crucigeris in Moschum, confederantur.
 Ivarus denuò postulatus resignandæ Gotlandiæ, quod illam Da-
 nus subjugare meditaretur, & Oelandiæ, Suecis turpiter os subliniit.
 Steno Vestrogothos cum Dano colludentes, pro meritis mulcta-
 vit, & bellum in Scanos paravit.
 Monasterium prope hoc tempus apud Montanos fundatur Hus-
 byanum, in quo deinceps ille vates floruit Stephanus, & alius cogno-
 minis in Arosiensi.
 Olaus, XXVI. Arosiensis Episcopus, circa eundem.
 1487. MCDLXXXVII. Gubernator Sueciæ, non Danos, ut proposue-
 rat, quod horum domi timeret fautores, sed perfidissimum impugnat
 Ivarum, Borcholmium, Calmarniam, Nycopiam, Stegeburgum, & Ras-
 burgum obsidens, demumque hosti eripiens.
 Ivarus suis diffidens rebus, cum Dano in subsidium advocato ita
 paciscitur, mense Junio, ut gratiæ & bonis in patria se restitueret, Suecos
 ex Oelandia pelleret, & Gotlandiam reciperet.
 Johannes Gotlandiam nactus, Stenoni sub fide publica vocato ad
 colloquium, spondet Borcholmii deditioem, & Gotlandiæ restitutionem,
 dummodò thronum Sueciæ consequeretur; Verum quod assensu illius
 obtento, non steterit promissis quoad Gotlandiam, merito sceptrum Sueciæ
 non impetravit.
 Christiernus, Lundia, XXII. Septembris, successor parenti à Da-
 nis nominatur.
 Nicolaus, XX. Antistes Borglamensis.
 1488. MCDLXXXVIII. Moschus à Dano instigatus, Careliam Finlan-
 diæ crudeliter infestavit.
 Itaque Russiam Steno invadens, hosti non minus infert detrimenti.
 Dorothea Regis mater, interea Romam peregrinatur, ubi falso
 qua-

querens Oerebrogiæ dispendium, bullam obtinet Pontificis in Stenonem, quem orator ibi Suecicus, Hemingus Gaddius, vehementer defendit.

Nicolaus, XXIX. Præful Aslogensis, circa eundem uterque.

Hermannus, XXII. Hammarensis.

MCDLXXXIX. Norvegi Christiernum, Johannis filium, XXV. 1489.

Augusti, Regem infausto prorsus omine sibi deligunt.

S. Catharina, prius Divis Romæ adscripta, de tumulo Vasteni,

II. Augusti, permultâ levatur festivitate, & argenteo ornatur loculo.

Cænobitæ S. Canuti Ottonienses, ad suum postliminio redeunt monasterium.

Statua S. Georgii colossæa, operis admirandi, quæ hodie visitur Stocholmiæ, consummata, in templo ibi primario locatur.

Nicolaus, XXVI. Præful Arhusiensis.

Magnus, XX. Abogensis, circa hoc tempus.

Magnus, XXVII. Scaltholtenfis.

MCDXC. Principes Holfatiæ, nescio quo jure, hæredes se regni 1490.

Norvegici scribere occæperunt, cum illud fuerit hoc tempore electitium, non hæreditarium.

Danus & Anglus, diuturnæ valedicentes discordiæ, XX. Januarii, subscribunt concordiæ.

Johannes se amicum simulat Stenonis, & clàm Suecos ad defectionem ab illo stimulat, indeque Steno provocatus, cum Vandaliæ mercatoribus fœdus in Johannem renovat.

Gustavus Erichsonius, XII. Maij, editur in lucem, ducens genus à priscis Scondiæ Monarchis.

Raymundus Pyrander, Innocentii VIII. legatus, & propola indulgentiarum, per has non modicum congregat nervum in Scondia, belli Saracenis inferendi.

Jacobus Gislonius, Theologiæ Doctor & Professor Upsalensis, Raymundique per Sueciam vicarius, fortuitis absumitur flammis.

Circa eundem Elephus, XXIII. Antistes Stavangrensis.

MCDXCI. Griphisholmia in comitiis Ordinum Telgensibus, 1491.

Cartusianorum destinatur habitationi.

Johannes Rex, mense Novembri, Lubecenses à Sueonum abalienavit societate paulisper.

MCDXCII. Ivanogrodium Russiæ conditur, & Danus cum Mosco 1492.

fœdus in Suecos pangere desiderat.

MCDXCIII. Rex Daniæ spondet Rutheno provincias Finlandiæ, 1493.

Savolaciã, Lasche ac Eurepe, si auxilio illius Sueciam occuparet, & Lubecenses in Russia nonnihil vapularent, quod Suecis denuo adhærent.

Obtemperans ille Dano, bellum in Suecos parat, & Lubecenses mercibus spoliat, qui propterea conjunctis cum Stenone armis, se defendere statuunt.

Johannes & Fridericus, XXI. Novembris, feudo investiuntur Holfatiæ per Episcopum Lubecensem.

Echardus, XXXIII. Antistes Slesvicensis.

MCDXCIV. Moschus ex pacto Finlandiam truculenter vastavit. 1494.

Competitores erant throni modò Suecici, Ferdinandus, Cæsaris filius; Johannes Daniæ Rex, & Fridericus, Holfatiæ Dux.

Sueci tot procos, & præcipuè Johannem, Ecclesiastico & politico instructum gladio, formidantes, illi subjectionem deferunt, pacta non transgressuro anni MCDLXXXIV. Zoro-

Dorothea, Johanni succensens filio, quod Friderico partem Daniæ negaret, veneficio illum fertur dementem reddidisse.

Rex idè Sternbergam vovet peregrinationem, & voto perfunctus, convalescit.

Stephanus, XXVIII. Scalholtenfis Episcopus.

1495.

MCDXCV. Johannes & Steno, litem tractaturi de Suecia, Calmarniam ex pacto festinant; Sed ille amissis in via navigiis & documentis, actioni necessariis, non ausus congregi adversario, mœstus remeat, & XXX. annorum ab illo flagitat inducias; ast mense Augusto, tantum annuas obtinet.

Moschus, instinctu Dani, XXI. Septembris, Wiburgum cum XXX. armatorum millibus, cœpit impugnare.

Sed, XXX. Novembris, mœnia transfiliens, quodam Canuti Possæ repellitur fratagemate, cum tanta suorum clade, ut domum redire mox compelleretur.

Interea Steno grandem comparat exercitum, & labarum S. Erii nactus, cum illo in Finlandiam navigat, quem, victoriâ suorum intellectâ, in hybernis collocat.

Dorothea, Christophori & Christierni Regum vidua, XXV. Novembris, in fata concessit.

Circa eundem Ingemarum, XXV. Præful Wexionensis.

1496.

MCDXCVI. ineunte, Rutheni Finlandiam crudelius multò populantur, quos Steno cum XL armatorum millibus frustra insecutus, in Sueciam decrevit reditum, ut actutum reversus cum immenso exercitu, Russiam solitudini adæqvaret.

Gubernator, milite domi quantocius comparato, profectioem æquo diutius prorogat, quod Dani formidaret in sua absentia molitiones.

Interim, Julio mense, Moschus denuò erumpens, Bothniam devastat orientalem, & propterea Suanto Sture, Stenonis ibi vicarius, ipso non diutius expectato, clades vicissim hostico infligit, & Ivanogrodium diripit, ac incendit expunatum, seque reversioni accingit cum milite in patriam.

Quando Polemarcha, cum CXXX. navium classe illuc delatus, Suantonem & commilitones illius nequicquam hortatur, reditum contumaciter flagitantes, ut Russiam secum repeterent, totamque Suantoni culpam imputans, illum factionis & perduellionis insimulat, ac rebus in Finandia ordinatis, in Sueciam unâ properat.

Circa eundem, Hilarius, XXIII. Præful Farogiensis.

1497.

MCDXCVII. Ordines Sueciæ confluentes Stocholmiæ initio veris, Suantonem criminibus absolvunt imputatis, & censuris impulsu Romanis, Stenoni gubernaculum auferunt, Dano assignandum.

Hinc ille meritò irâ percitus, Archiepiscopum & Suantonem ceu antesignanos factiosorum impugnat, à quibus, horumque sociis Danus in subsidium vocatus, copioso in Sueciam traducto mox exercitu, præcipuas regni arces, sibi à fautoribus proditas, mense Julio, occupat; Archipræfulem in Stechio obsessum, liberat, & Stenonem Stocholmiæ oppugnat.

Stenoni XXX millia Dalecarlorum subsidia advolant, quos hostem à tergo jubet adoriri, dum à fronte ipsemet eundem invaderet.

Sed ille fraudis admonitus, XXVIII. Septembris, Dalecarlos ad pontem profligat Rotensem, & cum victoria postridie redeuntem Steno Dalecarlos arbitratus, ex oppido erupit, ac victus, illud repetit.

Non tamen ita rem confectam, & Sueciam Rex subactam, considerans, quod omnis Stenoni mordicus adhæreret plebecula, IV. Octobris, ad amicam cum illo descendit transactionem. In

In qua Steno totam in feudum nactus Finlandiam, & alias pactus immunitates, Johanni clavum tradit Suecicum, & IX. Octobris, illi pandit Stocholmiam, in qua, XXVI. Novembris, Danus coronatur. R. S. 101.

Qui regno ita Sueciæ potitus, tantum de pactis observat conventis, quantum ipsemet libuit, & tamen Suecicus, III. Decembris, senatus filium nominat illi successorem.

Antonius Mast, Papæ legatus, in Scondia per indulgentias ærufcat. Presbyterium Antverpiense, reliquias flagitat S. Erics, & unam obtinet dorfi Ipinam.

Birgerus, XXVII. Daniæ Metropolitanus.

Godeschalcus, XX. Antistes Holensis.

MCDXCV. II. Johannes cum triumpho in Daniam reversus, veterem cum Rege Gallorum transigit litem non difficulter. 1498.

Idem publico cavet decreto, ne studioſorum quis Scondicorum, exterarum peteret academias, priusquam in Upsalensi, vel Hafniensi triennium literis impendisset.

Johannes, acceptâ secum uxore Christinâ, in Sueciam postremis anni mensibus regreditur.

Vincentius, XLVII Scarenſis Episcopus, circa eundem.

MCDXCIX. Christina Upsaliæ inauguratur, mense Febuario, & haftenus Præfules & proceres quidam Sueciæ, occulto Regis, & publico Pontificis, consensu impetrato, Stenonem coram regio accusant tribunali quarundam injuriarum. 1499.

Sed ille non ignarus doli, ad regiam appellat fidem, quam Johannes periclitari videns, Stenonem denuo fidelia sibi obsequia promittentem, adversariis reconciliat.

Idem, Stocholmiæ indolem Gustavi Erichsonii, occultè in lusu quodam puerili observatam demiratus, de illo, quod accidit, vaticinatur, ac eidem insidiatur.

Reginæ, festo Pentecostes, Oerebrogia cum Nericia, Vermelandia & Dalia, pro bonis assignatur in Suecia vitalitiis.

Christierno, thronus Sueciæ ab ordinibus, XXIV. Junii, promittitur.

Johannes non modicam Finlandiæ partem, Stenoni & Suantoni, aliisque Sueonum Optimatibus, feuda extorquens primaria regni, ac ea tradens alienigenis, caput ab incolis perfidiæ notari, & Steno amari.

Ordines Sueciæ, X. Julii expeditis ad Papam literis, suo & Regis nomine, illi commendant apotheosin, Nicolai Lincopenſis, Brynolphi Scarenſis, & Hemingi Abogenſis, quondam Præfulum, simulque Ingridis Scheningenſis Antistitæ.

Danus, negotiis pro arbitrio in Suecia dispositis, in patriam revertitur.

Dithlevus, XXXIV Præful Slesvicenſis.

Ivarus, XXXII. Ripenſis.

MD. Johannes & Fridericus, germani fratres, Dithmerſis jugum imposituri, bello eos adoriuntur, & tantam, XVII Februarii, cladem ibi patiuntur, ut XI. millia Danorum & Holfatorum ceciderint, ac Rex & Dux, cum paucis commilitonum, inde admodum difficulter evaserint. 1500.

Sueones minus bene cum Rege contenti, quod pactis non staret, & per crudelissimos avarissimosque regnum præfectos gubernaret, Danicum quoque jugum excutere moliantur.

De quo admonitus tumultu Johannes per Stenonem, huc festinus advolat, & Stenoni, ab hujus malignè persuasus osoribus, rebellionem impunitat, ac propterea Ordines convocat.

Henricus, Ostrogothiæ Præful, optimè de sua meritis Ecclesiæ, mense obiit Novembri.

Is quinquies ex officio visitavit Gotlandiam.

Munchabodensem condidit arcem suo tempore.

Johannes, XXXIV Antistes Roschildensis.

Laurentius, XXI. Abogensis, circa eundem.

1501.

MDI. ineunte, Jacobus Arborensis Cardinalium unus, Administrator Ecclesiæ Lincopenfi minus justè deputatus, graves electo legitime, Hemingo Gaddio, movit diu controversias.

Steno ad comitia citatus Stocholmensis, sub fide publica comparet, mense Martio, & alienum se à factionis crimine palàm ostendit; tamen vitâ ibi periclitatur.

Quando & legati Moschorum auditi, promissas à Rege ditiones in Finlandia, flagitarunt.

Johannes à Suecis & Norvegis seriò admonitus, ne jura regnorum, & pacta sanctè conventa, transgrederetur, contempsit.

Quamobrem illi Stenone, & hi Canuto Alffonio, authoribus & ductoribus, se Regi opponunt, & jugum excutiunt Danicum.

Rex sibi metuens, linquit Stocholmiæ uxorem, & mense Augusto, navigat in Daniam, ut hinc quantociùs cum exercitu regressus, plecteret rebelles.

Steno, XI. Novembris, Gubernator Sueciæ denuò approbatus, Stocholmiam impugnat.

Conradus Rogge, Præful Sudermanniæ, interim IV. Aprilis moritur.

Johannes Spelingius, indulgentias per Scondiam promulgat.

Matthias, XXIII. Episcopus Stregnensis. hoc tempore uterque.

Hartleus, XXX. Aslogensis.

1502.

MDII. Stocholmiam Regina, fame, lue & marte Suecorum compulsa, XXVII. Maij dedit, perque sequens detenta biennium in cœnobio Vastenensi.

Johannes, post triduum appellens Stocholmiam, cognitâ castrorum ditione, prorsus tristis in Daniam convertit, & Steno Archipræsulem, cæterosque Regis fautores aggressus, cogit illos Danum abjurare.

Sueones, Norvegi & Vandalici mercatores, in Danos arma conjungenda censent.

Elizabetha Johannis filia, Marchioni nubet Brandenburgensi.

Sed filius Regis Christiernus, in Norvegiam cum exercitu missus, infandâ rebelles crudelitate perdomuit.

Deindè Gothiam Sueciæ invadens, non satis honeste potitur Elsburgo, & hostem non audens porrò expectare, in Hallandiam digreditur.

Dani, Olavisburgum Vichiæ, fraudulenter occuparunt, & Lubecenses Suecis militares transmiserunt suppetias.

Paulus Laxman, aulæ magister regiæ, insons Hafniæ submergitur.

Hemingus Gaddius, XXIV. Præful Lincopenfis.

Carolus, XXIII. Hammarensis circa eundem.

1503.

MDII. Negotiatores Vandalici, mense Aprili, Lubecæ congregati, & rogati, annuis cum Dano induciis agrè factis, spondent se interim Suecis com meatum non apportaturos, sed illis, ut Regi obediant, & Christinam marito remittant, persuasuros.

Quorum proindè operâ, Oratores in Sueciam expediuntium, Regina, men-

menſe Octobri, liberata, in Daniam revertitur.

Steno Sueciæ Prorex, illam honorificè deducens, veneno per Suan-
tonem regni æmulum procurato, interiit XIII. Decembris.

Chriſtianus III. Rex Daniæ & Norvegiæ, primâ hujus uſurâ lu-
cis fruitur.

MDIV. Præluftris heros Suanto Sture, XXI Januarii, ab Ordi- 1504.
nibus regni congregatis Stocholmiæ, in gubernatorem eligitur. R. S. 102.

Stenonis funus antecelloris, XVII Februarii, in Eccleſia Carthu-
ſianorum Mariefredenſi, quæ inaugurata fuit pridie, non modicâ pompâ
humatur.

Induciæ, XIII menſium, Suecos & Danos inter, XVIII Maij, fan-
ciuntur; Sed mercatores Vandaliæ Dano iterum offenſi, bello ſe accin-
gunt, ad quod Suecos pertrahere nituntur.

Suanto Meretam ducit viduam Canuti Alſſonii hoc tempore.

MDV. Sueci condicō tempore non accedunt Calmarniam, quod 1505.
Regem intelligerent gladio potius controverſiam, quam iudicii pro-
ceſſu, dirimere paratum eſſe.

Senatus Daniæ ac Norvegiæ, prolatâ nullo jure in Proceres Sue-
ciæ tam vivos quam mortuos, Calendis ibidem Juliis, ſententiâ, infames
illos, ſi Diis placet, reputandos, & bonis ſpoliandos, Johannemque throno
Sueciæ pronunciat reſtituendum eſſe.

Senatus Calmarnenſis, ob deditam nuper Suecis civitatem, in-
juſtè obruncatur, & fundi Sueonum in Dania Norvegiaque fiti, confi-
ſcantur, non minus inique.

Cardinalis Arboreniſis, per Danum gladio etiam Petrino pugna-
turum, inſtigatus, XX. Decembris, obtinet bullam Papæ in Gadium,
inſulâ Lincopenſi fruement, & protectores.

Regina condidit Hafniæ domicilium, monialibus S Claræ.

MDVI. Cæſar Maximilianus à Dano ſollicitatus, Suecos peremptoriè 1506.
ad ſuum citavit tribunal, Johanni reſponſuros, & comparere non di-
gnantes, quod Imperio ſe non ſubjectos oſtenderent, menſe Octobri, pro-
ſcripſit, ſimulque eorum ſectatores.

Hinc Vandali mercatores conſternati, ſocietate Suecorum deſer-
tâ, in Decembri, cum Dano paciſcuntur.

Sed Sueones indè non exanimati, Daniam & Norvegiam gravi-
ter incurſarunt, Calmarniamque oppugnarunt.

Alexandri VI. licentiâ, B. Ingridis de tumulto levatur, à Suecis
honoranda.

Johannes, XXVII. Antiſtes Ottonienſis.

Andorus, XXVIII. Bergenſis, circa eundem.

MDVII. Johannes Scotorum auxilio fretus, Veſtrogothiam Sue- 1507.
ciæ infeſtavit, & viciffim Suanto Hallandiam & Blechingiam, oppidum-
que expugnavit Calmarnenſe.

Lubecenſes Danis efficacius reconciliati, Suecis deſertis ſe per-
ſuaſuros ſubjectionem promiferunt.

Piratæ in Suecos à Rege evocati, horrendum in Oceano graſſan-
tur.

Divicha Hollanda, Chriſtierno cœpit in amoribus eſſe.

Otto, XXVII. Præful Aroſienſis, hoc tempore uterque.

Johannes, XXII. Abogenſis.

MDVIII. Sueci tot Danorum telis domi forisque impetiti, & ſimul à 1508.
Lubecenſibus ſeduc̄ti, in colloquio cum adverſariis habito, promiferunt ſe Jo-
hanni

hanni thronum restitutos, vel filio eum Christierno collatos, vel annuam se Regi pensionem solutos, proximoque super his conventu se resolutos.

1509. Chilianus, XXIV Feroensis Episcopus hoc tempore.
MDIX. Sueones, expeditis in Daniam Commissariis, permiserunt, ut postremæ subscriberent conditioni, eâ quidem cautione, ut numerato argento, arx Calmarnensis, Gotlandia & Oelandia, sibi à Danis restituerentur.

Commissarii præscriptum hujusmodi turpiter prævaricati, Danis, mense Augusto, XIII. millia marcarum quotannis Stocholmensium pollicebantur, interea numerandarum, donec unam ex prioribus Sueci amplecterentur conditionem.

Quamobrem ordines Sueciæ legatis indignati, & à Lubecensibus, Dano pactis non stanti offensis iterum, ad jungenda in hostem arma communem invitati, consenserunt; quibus socii mox comæatum submiserunt.

Johannes autem, XXIV. Augusti, Polono confœderatur.

Gustavus Erichsonius, Academicis traditur Upsaliæ præceptoribus erudiendus, quibus sexennio dedit operam.

Circa eundem Hofcheldus, XXIV. Antistes Stavangrensis.

1510. MDX. Hemingus Gaddius, Stocholmiæ in præsentia Ordinum, pro fœdere cum Lubecensibus in Danos firmando, vehementer peroravit.

Indè Sueones magis animati, ope Lubecensium, horribiliter admodum terrâ marique cum Danis belligerarunt.

Cæsar de iniqua Danorum causâ minus recte informatus, prohibuit, ne Principes Imperii ferrent illis subsidium.

Moschus quoque, contemptâ Danorum amicitia, LX. annorum approbat cum Suecis pacem.

Sueci hostibus Calmarniam & Borcholmium armis extorserunt, Scaniaque ingressi, dolo profligabantur.

Quâ Dani minus honestâ elati victoriâ, Gothiam invadunt, & repulso indè Suanto persequens, Scania populatur.

Gaddius vir prudentissimus, & galeæ magis, quam insulæ idoneus, Lubecæ perhyemans, cum Senatu consultat de bello in Danos continuando.

Johannes, XXVI. Norvegiæ Metropolitanus.

Arvidus, XXIII. Præful Abogensis hoc tempore.

1511. MDXI. Fervet adhuc bellum inter Suecos, Lubecenses & Danos, quod tandem deferbuit, Lubecensibus socios turpiter deserentibus, & Danos, XXII. Novembris, amplexantibus.

Johannes, mox comparato in Suecos, ope Lubecensium destitutos, exercitu, Vestrogothiam devastat; non tamen impune.

1512. MDXII. Suanto, altera Februarii die, mortem oppetens, Arosiæ sepelitur.

Competitores gubernaculi fuerant Suecici, Steno, Suantonis filius, ac Ericus Trollius, hicque illud pro tempore obtinuit.

Sueci Lubecensium suasu, collocti Malmogiæ, XXIII. Aprilis, cum Danis, pacem cum his instaurarunt, ita, quod unam ex tribus essent omnino amplexuri conditionem, aut Lubecenses post annum arbitros admitturi, vel hostes experturi eosdem.

R. S. 103. Steno prævalens æmulo, ceu ordinibus regni propter hanc cum Danis transactionem suspecto, XXIII Julii, capessit gubernaculum Sueciæ.

Johannes Rex Malmogiæ, Kœgiæ & Halmstadii, Franciscanis construit monasteria.

- Sed Christina uxor, Ottoniæ monialibus idem exhibuit beneficium.
- Jzardus Gravius, Papæ Legatus, in Scondia per indulgentias ærufcat.
- Idem, filium Regis Christiernum, quod mortem procurasset Episcopi Hammarenfis, excommunicatum, absolvit.
- Zigani primò in Scondiam penetrarunt.
- Ericus, XXVII. Norvegiæ Archipræful.
- Lago, XXXV. Roschildenfis Episcopus.
- Ericus, XVIII. Wiborgenfis.
- MDXIII. Johannes Daniæ & Norvegiæ Rex, vitam clausit XX. 1513.
 Februarii, Ottoniæ habitu sepultus monastico.
- Festum S. Catharinæ, XXV. Junii, non II. Augusti die, ordinatur celebrandum.
- Preciosior S. Birgittæ locus fabricatur.
- Canonizatio B. Hemingii consummatur, Abogiæ solenniter admodum.
- Hemingus Gadius, censuris compulsus Romanis, cathedram resignat Lincopensem, quam Johannes Braschius nanciscitur.
- Christiernus, XXII. Julii, à Danis & Norvegis, non Suecis, parenti successor in thronis confirmatur.
- Johannes, XXV. Præful Lincopensis hoc tempore omnes tres federunt.
- Andreas, XXXI. Aslogenfis.
- Magnus, XXIV. Hammarenfis.
- MDXIV. Regina Daniæ à filio instigata, permovit fraudulenter 1514.
 Papam, ut Stenonem, ceu violentum Oerebrogiæ possessorem, V. Maij, diris ille voveret.
- Christiernus, XXIX. Maij, in Dania, & mense Julio, coronatur in Norvegia.
- Jacobus Sueciæ Metropolitanus, officio se abdicans, reliquum vitæ transigit in Carthusia Griphisholmensi.
- M. Gustavus, Erici Trollii filius, III. Octobris, canonicè successor nominatus, & à Dano instigatus, Gubernatori se opposuit.
- Gustavus Erichsonius, Academiae valedicens, in Stenonis aula suscipitur.
- Gustavus Trolle, XXXII. Sueciæ primas.
- MDXV. Christiernus Daniæ ac Norvegiæ monarcha, Hafniæ, XII. 1515.
 Augusti, matrimonium cum Elizabetha, Regis filia Hispanici, & sorore Imperatoris, splendide consummavit.
- Basilus, Russiæ Princeps, à Christierno rogatus, illi pollicetur in Suecos auxilium.
- Danus etiam domi adversarium Stenoni oppositurus, & ita commodius regno potiturus, novum Sueciæ Archipræsulem multò acrius in eum instigavit.
- Gustavus, alias Stenoni vehementer offensus, quod clavum Sueciæ eripuisset parenti, cum illo, hujus nomine injuriæ, mox insolenter expostulavit.
- Johannes Hyemerius, Gregorii X legatus, priscos in Suecia condices, huc olim per Gothos Roma translatos, conquirat.
- Uffo, XXVII. Præful Arhusiensis.
- MDXVI. Moschus promisso satisfactorius, Finlandiam armis & 1516.
 flammis pervadit.

Domesticum quoque incendium, inter Stenonem, & Gustavum nuper exortum, magis gliscit.

Gubernator, utrumque à Dano Sueciæ cupido excitatum probe intelligens, cum illo renovat inducias; Sed Metropolitanam sibi reconciliare frustra laborat.

Pontifex, Sueonum inclinatus precibus, VIII. Junii, Gustavum serio pacis admonet: quod ipsum faciunt Regni Præsules, sed contemnuntur.

Steno igitur Archiepiscopum, & sectatores, Christierni studiosos inducendi, tempestivè domiturus, arma corripit; Ericum Trollium, aliosque in vincula conjicit factiosos, & Gustavum ac reliquos in Stechio delitescentes, obsidet.

Danus, propterea indignatus, Suecos tempore induciarum infestavit, & ita obstaculum conventui posuit Halmstadiano.

Engelholmium Daniae, fori donatur prærogativâ.

Templa fidei Romanæ, à Danis Novogardiæ & Ivanogrodii construuntur.

Olaus, XXXIII. Antistes Ripensis.

1517.

MDXVII. Gustavus in conventu Ordinum Arbogenfi, VII Januarii, concluso, indignus officio censetur Archiepiscopali; Antecessor Jacobus, factionis etiam suspectus Danicæ, destinatur custodiæ; Colloquium cum Danis Halmstadenfè improbatur, & Stechii obsidio decernitur continuanda.

Johannes Angelus Arcimboldus, Gregorii X. legatus, in Dania & Norvegia congregat subsidium, pro fabrica Romæ Vaticana, indulgentias incolis proponens.

Idem faciens per Germaniam, Johannes Tetzelius Dominicanus nimis insolenter, occasionem præbet D. Martino Luthero, Augustiniorum monacho, Romanæ bellum Ecclesiæ inferendi.

Christiernus postulatum laturus Archiepiscopo Sueciæ subsidium, & simul regnum occupaturus, principio Augusti, navalem expedit exercitum, qui factò in terram descensu, contendens Stechium, & à Stenone profligatus, classem, Daniamque repetit.

In Comitibus Ordines Sueciæ Stocholmensibus, XXIII. Novembris, Gustavum serò nimis supplicem, repellunt, officio & beneficio illum exuunt, & Stechii concludunt demolitionem, quod tandem ille dedit, in cœnobium mox intrusus Arosiense.

Castrum Stechense, velut regno perniciosum, flammis deditum absumitur.

Christiernus Rex in Dania & Norvegia per summam dominatur tyrannidem, nec Ecclesiasticis nec Politicis parcens infontibus.

Gotshovius, XXXV. Præful Slesvicensis.

Johannes, XXXII. Aslogensis, circa eundem.

1518.

MDXVIII. Legatus Papæ Arcimboldus, in Martio cum suis mercibus Sueciam ingressus, causam Regis agit, cum exercitu propediem affuturi, & melius de controversia informatus, mutat sententiam.

Gregorius, simul ipsemet à Dano seductus, mandat Suecis utriusque liberationem Archipræsulis, & Stechii restorationem, se excusantibus, & provocantibus ad tribunal Romanum.

Christiernus initio æstatis Stocholmiam obsidet, & indè fugatus, extremoque constitutus periculo, simulat se pacis cupidum inter regna instaurandæ, & colloqui de illa cum Stenone habendi, datis, & acceptis obsidibus.

Steno

Steno ita delusus, hosti auxiliatur, & senos destinat Regi obsides, quorum unus fuit Gustavus Erichsonius, hosque ille nactus, & ventum simul prosperum, cum iis in Daniam festinat.

Controversia Stenonis, & Gustavi Trolle, in præsentia ordinum coram Arcimboldo, mense Decembri, Arbogiæ ventilatur.

Quando Gustavus causâ cadens, culpam deprecatur, & officio beneficioque iterum resignatis, ex custodia liberatur. Stenoni reconciliatus.

Sed Pontifex, ejusmodi contrarius transactioni, perperam à Dano persuasus, sententiam excommunicationis in contumaces profert Gustavi adversarios, & Regem facit illius executorem.

Arcimboldus propterea, successor Gustavi à Suecis clam nominatus, ut Romæ causam fidelius illorum ageret, cathedram non recusat, & Romanæ accingit se profectio.

Jacobus, senior Archipræful Sueciæ, coram Legato de sua protestatur innocentia.

Martinus Lutherus, scuto protectus Saxonorum Principum, cum Papa cœpit belligerare.

Arcimboldus, XXXIII. Sueciæ Archipræful.

MDXIX. Christiernus graviter succensens Arcimboldo, cum Suecis ita colludenti, fratrem illius conjicit in vincula; ejusdem perimit in Gotlandia vicarium; & legatus ipsemet sibi fugâ consulens, opibusque ferme cunctis in Scondia congestis exutus, difficulter manus Regis, & mortem evasit. 1519.

Danus postea reliquum bilis in ipsos effusus Suecos, bello eos adoritur, & terrâ marique profligatus, solo Borholmio potitur.

Interim Gustavus Erichsonius, ex custodia elapsus Danica, profugit Lubecum, & ibi, XXX Septembris, sub protectionem admissus, contra perfidiam Christierni copiosè protestatur.

Birgerus, Daniæ Primas, X. Decembris, obiit, magnificè in hypogæo sepultus Lundensi.

Georgius, XXIX. Daniæ Archiepiscopus.

Joachimus, XXXVI. Præful Roschildensis.

Augmundus, XXIX. Scalholtenfis.

MDXX. Exhumatio, translatio, & canonizatio S. Nicolai consummantur, illiusque festivitati, Dominica V. ante Pascha dedicatur, celebrandæ in posterum quotannis. 1520.

Steno cum Danorum confligens exercitu, Gothiam invadente, XIX Januarii, mortiferum accipit vulnus, ex quo moritur, IX Februarii, & Stocholmiam delatus, in Ecclesia Franciscanorum sepelitur.

Interea hostis successu gaudens, contra Suecos duce orbatos, in Uplandiam festinat; quem Christina Stenonis vidua, refugium habens Stocholmiæ, auxilio sectatorum frustra nititur profligare.

Quocirca Sueonum & Gothorum reliqui, quorum præcipuus fuit Gustavus Trolle, Upsalensi jam restitutus cathedræ, potentiâ impulsu Danorum, gladio simul ecclesiastico & politico belligerantium, impetratâ non difficulter legum & immunitatum confirmatione, firmissimæque quarumlibet condonatione veterum ac recensium offensarum, initio veris, Christierno spondent subjectionem.

Quod etiam facit deinceps Christina cum sectatoribus, non armis Dani superata, sed fallacissimis infatuata literis, promissis & juramentis; quæ rex perfidissimus, corporis etiam Dominici sumptione, roboravit, & tamen ut Judas, pacta servavit.

Nam VII. mensis die Septembris, deditam cum triumpho ingressus Stocholmiam, ab ordinibus, XXX. Octobris, sententiam extorsit, quâ legitimus Sueciæ hæres cum successoribus decerneretur.

Nec ita securus de throni possessione Suecici perpetua, quod potentiam adhuc submetueret Procerum & Præfulum, decrevit sub illo prætextu, quod forent excommunicati, præcipuos illorum modo obtruncare, & reliquos postmodum, Daniæque posset Sueciam incorporare.

Itaque, IV. Novembris, coronatus Stocholmiæ, post quadrimum ibi XCIV. Sueonum iniquissimè mactavit, & alibi deinceps multò plures, ut obtruncati ab illo passim DC. numerentur, tam Ecclesiastici quàm Politici, monachi simul & moniales.

Quando & legatum Regis Polonici, quod liberius perfidiæ ab illo argueretur, contra omnium jus gentium, curat clam aquis suffocari.

Sed principio veris Gustavus Erichsonius, Lubeco in patriam reversus, in ea delituit hætenus, & modò simul ad necem indagatus, Novembri exeunte profugit in Dalecarliam, cujus incolis regnum à Tyranno vindicaturis, se præbuit antesignanum.

Hujus Rex ignarus molitionis, sub anni exitum in Daniam regreditur, in qua religionem ex sententia Lutheri exordiens novare, Clerum experitur adversarium.

Vincentius, XXVIII. Antistes Ottoniensis.

Theodoricus, XLVIII. Scarenfis.

Joannes, XXIV. Stregnensis.

1521.

MDXXI. Gustavus Erichsonius, Dalecarlis primò, & mox etiam aliis Sueciæ Gothiæque populis stipatus, non paucas Danis extorsit arces, velut olim Engelbertus.

Interea etiam, publicatis per Europam literis, Pontifici, Cæsari, Regibus & Principibus, urbiumque optimatibus causam rebellionis manifestat; Christiernum multi sceleris incusat, & subsidia in Tyrannum flagitat, quæ imprimis contulerunt Lubecenses, Regis simul perfidiæ infesti.

Qui etiam tyrannidis in Suecos exercitæ à Papa vehementer accusatus & objurgatus, illi non modicè insultat, tamen obsecrat, ut missio in Scandiam legato, causam examinet.

Imperator autem minus sororio infensus, postulatam tulisset opem in Suecos & Lubecenses, nisi bello fuisset Gallico distentus.

Christiernus Ericum Norvegiæ, quod suos cum Divicha reprehenderet amores, & Georgium Daniæ, quod nollet Borenholmiam prodere, Scandiâ expulit Archipræsules.

Sed Gustavus Sueciæ Metropolitanus, qui præcipuè Gustavo Erichsonio se opposuit, victoriæ diffidens, cum Beldenachio & Slaghecio in Daniam profugit.

Gustavus Erichsonius, XXIV. Augusti, ab Ordinibus Sueciæ Gothiæque congregatis, Vasteni, Gubernator Regni designatus, magis strenuam navat operam patriæ à Dano liberandæ, & Stocholmiam acrius impugnat.

Quem Tyrannus ad arma compulsurus deponenda, illius aviam, materteram & matrem, sororesque in Dania captivas, inhumanissimè tractat, & has mactat; Spe tamen suâ frustratus apud Gustavum, quod magis indè in Regem odio accenderetur.

Theodoricus Slaghecius, Lundensibus obtruditur Antistes.

Christina, mater Christierni, piam terminans vitam, in cultu sepelitur monastico prope maritum, Ottoniæ.

Gu-

Gustaviani Finlandiam conantur Danis eripere, Novembri mense.
Theodoricus, XXX. Daniæ Metropolita.

MDXXII. Jacobus Upsalensis, & Otto Arosiensis, moriuntur Antistites.

1522.

Christiernus, per legatum Gregorii X. Franciscum de Potentia, iniquæ convictus cædis, Sueonum Præsulibus inflictæ, culpam imputat Belde-
nachio & Slaghecio, hicque propterea, XXIV. Februarii, crematur, &
ille submergendus, relegatur.

Gustavus verò pergens tantam cæforum, quos inter suos extitisset
pater, cladem multare, ac patriam liberare, Oerebrogiam, Arosiam, & Te-
neliogum, primo anni mense, expugnavit: Sed ab hoste compulsus, Stochol-
mensem, Calmarnensem & Abogensensem paulisper obsidionem intermisit.

Arvidus, Finlandiæ Præsul, tyrannidem Dani, Sueciam adeundo,
declinaturus, submergitur, cum Finnonum plurimis.

Holfati & Lubecenses, Regi multis de causis offensi, Suecos illi
rebellare non ægrè ferunt, & hi à Gustavo rogati, XVIII. amico naves
transmittunt stipendiarias, ast XXX. ipsimet Danum infestant.

Quo fretus auxilio Gustavus, Stocholmiam & Calmarniam denuo,
hostiumque reliquas feliciter impugnavit; Sed Christiernus, hostium mul-
titudine obrutus, suis rebus desperavit.

Johannes, XXX. Daniæ, & Canutus, XXXIV. Sueciæ, Archi-
præsules.

Magnus, XLIX. Antistes Scarenfis.

Petrus, XXVIII. Arosiensis.

Magnus, XXV. Stregnesis.

Johannes, Abogensis XXIV. hoc tempore.

Olaus, XXIX. Bergensis.

MDXXIII. Proceres Jutiæ, Wiburgum ad comitia vocati, cogno-
scunt se morti destinatos à Tyranno, & propterea corripientes arma,
illum, XX Januarii, repudiant, ac Friderico Holfatiæ Principi, sceptrum
præsentant.

1523.

Qui voto Danorum non ægre, XXVIII. Januarii, consentit, & pa-
cto cum Lubecensibus in hostem fœdere, bellum Christierno indixit.

Quando Gustavus, Danorum animatus discordiâ, Vichiam Norve-
giæ illis eripit, & Hallandiam diripit.

Christiernus suæ diffusus omnino causæ, & fugæ confusus, XX,
Aprilis, cum uxore, liberis, amicis, & thesauro in exilium secessit. Quem
Cæsar bello occupatus Germanico, restituere non valuit; Ideoque Fride-
ricus illi prævaluit, & fautor est.

Porrò Martinus Lutherus, in Germania hætenus triumphans, in
maritimis Scondiæ urbibus etiam sectatores, à mercatoribus persuasos alie-
nigenis, nanciscitur.

M. Olaus Nericius, à Luthero edoctus, Gustavo, & hujus Can-
cellario M. Laurentio Andersonio, ad partes suas pertractis, cœpit mo-
dò religionis in Suecia moliri mutationem.

Potissimos expertus est antagonistas, Johannem Braschium, Nico-
laum Huit, Dominicanum, & Petrum Galle, Professore Upsaliæ.

Quibus in subsidium Româ expeditur, XI Martii, Johannes Gothus,
in cædem simul inquisiturus Episcoporum.

Gustavus, VI Junii, Rex Stregnesiæ à Suecis concorditer salutatus,
& mox deditas consecutus, Stocholmiam, Calmarniam, Borcholmium, &
maximam ità Regni partem, Lubecensibus ac Gedanensibus, ceu auxilia-
toribus insignia concedit privilegia, in regno Sueciæ.

Et

Et nihilominus iis stipendia, militique soluturus, exautorando, grandem argenti contributionem Clero imposuit, cujus primum ideò contraxit odium.

Nec minori gaudens in Dania Fridericus successu, simulat amicum se Gustavi, & ipsius auxilio Boreholmiam expugnat; Sed proprio Hafniam & Malmogiam impugnat, eumque Norvegi, V. Augusti, Regem sibi designant.

Dalecarli & Montani Præfulis sui tumultuantur instinctu, ob religionis mutationem, & suasor propterea beneficio per Regem exutus, Candidatusque simul Upsalensis Archiepiscopæ, M. Canutus, graviores Principi moverunt seditiones.

Johannes Gothus nuper Sueciam ingressus, novum admonuit Regem Catholicæ non mutandæ fidei, cum Evangelicorum dogmate.

Deindè causâ Gustavi Trolle, & cæsorum examinatâ Præfulum, hos pronunciat infontes; illum verò fontem & Archiepiscopâ indignum, quam favore Gothus Regis, XXIII. Novembris, consequitur.

Ordines Sueciæ confluentes Sudercopiæ, XXIX. Decembris, de Gotlandia consultant recuperanda, & dogmate non mutando veteri, regemque Christiernum repudiant.

Achatius, XXXII. Daniæ Archipræful.

Johannes, XXXIV. Sueciæ.

Olaus, XXVIII. Norvegiæ.

Georgius, XIX. Wiborgensis.

1524.

MDXXIV. Gustavus inducias cum Moscho pactus, molitionibus Christierni & Friderici, Sueciæ inhiantium, se totum tradidit eludendis.

Johannes verò Braschius, se machinationibus Evangelicorum in Suecia vehementer opponens, & Regem hac in re officii admonens, Archipræfulemque, ad concilium appellat generale.

Gustavus, spreta Episcopi admonitione, M. Olaus Stocholmensibus deputat Syndicum & Ecclesiasten, aliosque alibi, compefcitque adversarios.

M. Johannes Thausonius, Antvorschogenfis Johannita, Witebergæ persuasus à Luthero, se Catholicis in Dania primus opposuit.

Suecus Gotlandiam recuperaturus, Maijo & Junio mensibus, Wifburgum impugnat; Ast Danus arte potius quam Marte insulam defensurus, obsecrat colloquium adversarii, & impetrat Malmogiæ, hac de controversia habendum.

Clerus Sueciæ, nervum belli Gotlandici contribuit indignabundus, cui & locus cessit Vasteni S. Catharinæ preciosus.

Fridericus Hafniæ regia solenniter capit insignia, VII. Augusti, per Gustavum Sueciæ Archiepiscopum collata extorrem.

Reges Scandiæ colloquentes mensè Septembri Malmogiæ, & de Gotlandia, Blechingia Vichiaque non convenientes, arbitros deligunt litis mercatores Vandalicos, & fœdus in Christiernum, hujusque pangunt fautores.

Anabaptistæ in Sueciam ex Belgio delati, in Regis absentia Stocholmiæ tumultuantur, & in ornatum debacchantur Ecclesiasticum, quos Rex & Archipræful domum reversi, graviter mulctatos inde relegarunt.

Dalecarli ob religionis mutationem arma meditantur, quos Petrus Jacobius, quod insulâ privatus esset Arosiensis, & M. Canutus, ad illos profugientes, instigarunt.

Sueci Catholici, sceptrum Gustavo, ceu Lutheranismi patrono, meditantur operâ Severini Norbygii, viduam Stenonis ducturi, & Bernhardi à Møellen, extortum, assignare Nicolao Stenonis filio, vel Christierno, resignare.

Fridericus, XXIV. Novembris, in Regem à Norvegis electus, gravibus sanè conditionibus, quas non servasse perhibebatur.

Colloquium, anno exeunte, Hamburgi, de Christierni ad monarchiam Scondiæ habetur restitutione, sed frustra.

Petrus, XXI. Antistes Arosiensis.

Eschillus, XXV. Stavangrensis, circa eundem uterque.

Jonas, XXI. Holensis.

MDXXV. Margareta Gustavi Regis soror, & vidua Joachimi Brahe, nupsit XIII. Januarii die, Comiti ab Hoijsa, Johanni. 1525.

Elizabetha, Christierni consors regis, obiit Gandavi, die XIX. Januarii.

M. Olaus Petrius, ordine Diaconus, modò uxorem ducit, celebratis Stocholmiæ solenniter nuptiis.

Quandò & prima Sueticè Missa, Stocholmiæ fuisse dicitur celebrata.

Hoc autem, & illo ausu Clerus, plebeculaque regni, magnopere offensus; sicut etiam, quod Ecclesiarum decimæ, & thesaurus bello, contra Bernhardum à Møellen gerendo, applicarentur, ac militares in cœnobiis stationes, pabulationesque haberentur, cum Rege per Braschium expostularunt, ausa defendente.

Johannes Braschius, Ostrogothiæ Præsul, edicto per diœcesin publicato, vetat incolis de Lutheri doctrina disputare.

Catholici & Evangelici Sueciæ, mandato Regis, Sueticæ Bibliorum translationi se accingunt, ut lis deinceps facilius dirimeretur.

Danus, clam Luthero favens, Evangelicis in Holsatia, & australi Jutia, indulget licentiam concionandi.

Christiernus exul, tempore veris, per Severinum Norby, Scaniam Daniæ, & per Bernhardum à Møellen, Gothiam Sueciæ, frustra conatur occupare.

Norvegi coronam Friderico denegant, quod Vichiam, Orchadas & Hetlandiam regno non adhuc restituisset, & hoc promississet.

Dani Gotlandiam à Norbygio proditam, Lubecensibus assignant, ut horum armis contra Sueones propugnaretur.

Commissarii Sueonum, Johannes Gothus, Upsalensis Archiepiscopus, & Johannes ab Hoya, Comes, juxta pactum Malmogense profecti Lubecum, absentes provocant Danos ad certamen de Gotlandia; sed illuc redire abnuunt, quod Sueci ventis detenti, condicto non adfuissent tempore.

Blechingi, Sueonum Regi spondent subjectionem.

Montani & Dalecarli, ob religionis innovationem, tumultuantur denuò, & horum instigatores ideò sibi metuentes, in Norvegiam profugiunt, Dominus Petrus, & M. Canutus,

Gustavus, expugnatâ hætenus Calmarniâ, Bernharðo à Møellen adhærente, in Uplandiam reversus, tumultum ibi imputat Concionatoribus Evangelicis, ceu minus discretè agentibus pro concione.

Doctor Petrus Galle, & M. Olaus Petrius, in præsentia Regis & Archiepiscopi, XXVI. Decembris, de præcipuis fidei articulis, utrinque controversis, acriter Upsaliæ concertarunt.

Nicolaus Sture, factiosorum manibus ereptus, Regis aulam con-

sobrini sectatur: Sed mater Christina, Gustavi matertera, passim malè audit, quod Norbygio nupturire spargeretur, & sceptrum ita Sueciæ filio ambire.

Strycho, XXI. Antistes Borglamensis.

Johannes, XXXIII. Aslogensis, circa eundem uterque.

Ericus, XXV. Abogensis.

1526.

MDXXVI. Jacobus Sueciæ Metropolitanus, carens hæctenus sepulturâ, quod olim Danis, cum damno patriæ adhæsisset, licentiâ Regis, per Johannem Gothum placati, IV Februarii, humatur Upsaliæ, Griphisholmiâ translatus.

Sed prius in comitiis Gustavus Vastenenfibus, demonstrans Griphisholmiam, ubi Pacismarianum Carthusianis cœnobium esset fundatum, sibi, & majoribus olim esse subtractam nullo jure, ipsam recuperat sententiâ ordinum.

Monachi veris initio propterea indè expelluntur, & templo in arcis ædificium converso, funus Stenonis exhumatum, uxorisque in propinquo deponuntur sacello.

Gustavus Rex, Johanni Archiepiscopo, diœcesin pomposè visitanti, & incolas à Lutheranismo zelosè dehortanti, indignatur.

Nicolaus Sture, honorarius Gustavi ephebus, & puer XIII annorum, principio veris moriens, sepelitur Upsaliæ.

Catholici mortem Regi imputant, dein publicant, Nicolaum cædi subtractum.

In nundinis Upsaliæ vernalibus, Rex plebeculam frustra religionis admonet mutandæ, & lauto exceptus convivio per Archipræsulem, hujus succenset magnificentiæ, habitaque ibi tandem disputatione, jus sibi vendicat privilegia Ecclesiæ olim concessa, abrogandi.

In conventu partium Lubecensi, Johannes Christierni filius, Fridericus in Dania successor, pacis ergò, declaratur.

Danus, receptâ Gotlandiâ, Lubecensibus Borenholmiam sumptus his bellicos compensaturus, assignavit, L. annis possidendam.

Gustavus, vetera Lubecensibus nomina soluturus, multum argenti ab Episcopis extorquet, & unam ex qualibet regni Ecclesia campanam.

Dominus Petrus Jacobius, & M. Canutus, sub fide publica regressi ex Novegia, Stocholmiæ insigni ludibrio suscipiuntur, & hic, IX Augusti, fuit morti adjudicatus.

Quando & regni Archipræsul, factionis suspectus ejusdem, in vincula conjicitur, & demum liberatus, in Poloniam legatus mittitur, sponsam Regi petiturus, nec amplius huc revertitur.

Mense Augusto, novum Suecicè Testamentum ex typis prodit, ab Evangelicis translatus.

Novus gliscit in regno tumultus, ob religionis mutationem, Cleri persecutionem, & campanarum profanationem, quem, Rex peragrans cum M. Olao regnum, difficulter sedavit.

Braschius, Archiepiscopi sustinens vicem absentis, Catholicæ causam Ecclesiæ contra adversarios agit intrepidus.

Juvenis quidam Nicolao Sture simillimus, consilio & auxilio Catholicorum, se Dalecarlis pro illo venditat; Gustavum infamat; thronum affectat, & arma parat.

Lectio codicum, contra D. Lutherum in Germania editorum, & horum in Suecia recusio, Catholicis prohibentur.

1527.

MDXXVII. Xenodochium Lindholmense à Thurone Joannis, licentiâ Papæ, fundatur.

Chri-

Christina, Stenonis vidua, filio Thuronis Johanni nubens, genuit Comites Bogesundenses.

Petrus Jacobius, quondam Episcopus Arosiensis, Upsaliæ, XVII, & M. Canutus Stocholmiæ, XXI Februarii, horrendo mortis supplicio afficiuntur.

Hinc Sueciæ Catholici magis Gustavum execrantur, & passim tumultuantur, Nicolausque ille suppositivus horum, & præcipuè Dalecarlorum, ac simul Noricorum fretus auxiliis, se pro rege venditat.

Sed Braschius, rerum fatagens Ecclesiasticarum, vetus propugnat dogma, & literis cum Rege belligerat, regniq; Presbyterium confortat: Nec Danus Sueciæ inhians, hos in ea civiles ægre audit tumultus.

Tempore Pentecostes, Senatus consulto Stocholmiæ approbatur, innovatio religionis, & Missæ celebratio Suecicæ.

Verum circa Paschæ tempus, statua ibi colossæa S. Georgii fuit translata.

Clemens VII. Pontifex Romanus, ab Imperatore, quod Gallo adhereret, VI. Maji, Romæ captivatur.

Gustavus indè animatus, in comitiis, XXIV. Junii, Arosiensibus, Episcopos regni Catholicos, Clerum & Ecclesiam, spoliat eminentiâ, opulentiâ & potentiâ; Dogma Evangelicorum libere in regno docendum, pronunciat; Statuta illi conducentia promulgat; Et ordini Equestri prædia Ecclesiæ, à majoribus illius donata, adjudicans, eum suis attrahit partibus.

Clerus porrò Catholicus, regiæ non ignarus antea molitionis, XXI. Junii, in Ecclesia congregatus S. Ægidii, se colligat, & literis juramentisque se obligat ad perseverandum in avita usque mortem religione, nec pejurat.

Hujus nomine, XXIII Junii, Doctor Petrus Galle, cum M. Olao Nericio, in frequentia Ordinum, religionis causam, disputando, ventilavit.

Danus Sueci exemplo invitatus, in comitiis, XV. Augusti, Ottoniensibus, libera concedit Evangelicis in regno exercitia religionis, & matrimonia cœnobitis, donec secus in Oecumenico foret orbis concilio statutum.

Monasterium Stocholmiæ Clarissanum, eodem die desolatur, & mox disturbatur, monialibus ad Franciscanum insulæ migrantibus.

Monachi Stocholmiæ Dominicani, rerum compulsi penuriâ, V. Decembris, claustrum deseruerunt, quod postea solo adæquatur.

Interea Gustavus cum Dalecarlis, rebellionis iis condonatâ, & securâ Nicolao veniâ regno migrandi concessâ, transegit.

Polonus, à Johanne Gotho persuasus, filiam Sueco annuit, modò Lutherum deserere, quod ille renuit, virginemque tali velit conditione.

Archiepiscopus & Episcopus Sueciæ, Polonum, ceu Sueticâ Regum familiâ oriundum, obsecrarunt, ut Gustavo sceptrum eriperet.

Johannes Braschius, factiosorum secundus, ideo abitum ex regno meditans, dolo sponcione absolvitur.

Canutus, XXIX, Præsul Ottoniensis.

Anno MDXXVIII. Scarenfis, Stregnensis & Abogensis, Superintendentes, per Arosiensem, V. Februarii, Stregnesiæ initiati, Papæ subjectionem sponponderunt; sed confirmationem Româ nunquam obtinuerunt: Proinde non legitimi à Catholicis censebantur Episcopi, ut neque illi, qui ab ipsis consecrabantur.

Gustavus, metu hostium liberatus interiorum & externorum, in throno.

thronoque jam roboratus, Upsaliæ, XII. Februarii, regalia suscepit insignia, quando XI. regni Proceres, cingulo Equestri donavit.

Per hyemis verò residuum, ita contumaciam Dalecarlorum, & borealium populorum, religionis ergo novatæ rebellantium, gladio Rex perdomuit, ut deinceps non ausi fuerint reluctari.

Johannes quoque Braschius, dogmati Evangelicorum se nequicquam obniti videns, mense Junio, Dantiscum profugit, ut potentiores Gustavo adversarios opponeret.

Dominicani Arosienses, primâ ætate, suam deserunt habitationem & professionem.

M. Johannes Thausonius, Wiborgi, & quidam alter monachorum profugorum, Oderlebiæ, decreto freti Ottoniensi, propalam concionabantur.

Evangelici, Bergæ in Norvegia, modò etiam, licentiâ & indulgentiâ Friderici Regis, cum applausu alienigenarum docentes, magnoperè indigenas offendunt Catholicos.

Danus, Christierni formidans molitiones, in illum fœdus cum Sueco, Lantgravio & Saxone, pangit, hisque, mense Julio, fert in hostes ideò subsidium.

Sueci & Dani, XII. Augusti, de Vichia Ludosiæ corrixantur; Quando & Senatus Sueciæ, novo fidelitatis sacramento se Regi obligat.

Cœnobium Rex Ludosiense, monachis inde pulsus, convertit in nosocomium.

Braschius, literis Dantisco missis, Gustavum religionis ergò mutata, exagitat.

M. Laurentius, Regni Cancellarius, & M. Olaus Nericius, quibusdam contra Catholicos libellis publicatis, Vestrogothos ad seditionem commoverunt.

Martinus Skytte primus Finlandiæ Antistes Evangelicus.

1529.

Anno MDXXIX. Evangelici novo Regis edicto, licentiam in Dania Norvegiaque docendi obtinent, & Thausonius, Hafniæ parochus factus, Danicè missam orditur celebrare, cantillareque; Quando & Malmogenses, ad Lutherum omnes defecerunt.

Paulus Eliæ Carmelita, se acrem ibi præbuit Evangelicis antagonistam, publicatâ etiam religionis apologia Catholicæ, quam M. Olaus Nericius in Suecia confutare conabatur.

Joachimus Ronnou, infulam à Rege Roschildensem pro VI. milibus aureorum comparavit, non Romano, ut antea, Pontifice.

In Oerebrogenfi prima Evangelicorum Synodo, cui mense Februario, M. Laurentius regni Cancellarius præsidebat, totum fermè dogma Catholicorum ex Suecia proscribatur.

Hinc Catholici Vestrogothiæ & Smalandiæ, quorum antesignanus Præsul Scarensis fuit, Magnus & pænobilis heros Thuro Joannis, offensi, altero sibi Rege accepto, palam Gustavo renunciarunt, & impugnarunt.

Sed rebus demum suis, Magnus & Thuro, diffisi, primo vere, in Daniam profugiunt; Socii autem remanentes, à Gustavo mulctantur, seditionem ita compescente.

Interea M. Georgius Upsalensis Præpositus, parentis instinctu Thuronis, Uplandos, & Norlandos ad arma convocans, à Rege captivatur.

Franciscani Arbogenses, ineunte vere, valedicunt cœnobio & cucullo.

Gustavus in conventu, XVII Junii, Stregnensi, Catholicos placaturus, illis

illis liberam spondet simulatè religionem, & nihilominus decretum roborat Arosiense, contra quod Magnus & Thuro, Halmstadii, XVIII Maij, protestabantur.

Quorum, sicut & Gustavi Trollii animatus persuasione Fridericus, Vichiam repetendo, & multam violati contractus Malmogenfis, poscendo, ansam captat impugnandi Gustavum, & Sueciam subjugandi, turbis intricatam: Sed responso adversarii percussus, canere non audet classicum.

Norvegi, Christianum Friderici filium, abnuunt parenti successorem nominare, quod Lutheri esset sectator, quam quoque ob causam, Daniæ Catholici eundem, Johanne illius fratre approbato, recusarunt.

Presbyterium Lincopense & Scarense cum suis, instinctu regio, exoptulans Episcopis de fuga, desertâ Ecclesiâ, & turbis in patria motis, ab illis, ad tribunal Dei, Papæ, Cæsaris, Regumque exterorum provocantibus; sicut & Gustavus ipsemet, acerbissimè literis perstringuntur.

Superintendentes Sueciæ, pristinos cathedræ suæ proventus aliquandiu retinent, annuam indè pensionem Regi solventes: Idem faciunt cœnobitæ, redivitibus gaudentes.

Præsules & proceres Suecici, in Dania exulantes, à Friderico jussi, querelis Gustavi permoto, ad Magnipolensem migrarunt principem, quem Gustavo etiam objicere, ceu Sueticâ Regum profapiâ ortum, machinabantur.

Quorum sanè voto Danus respondisset, nisi bellis cum Christierno fuisset distentus; Et quod intelligeret, se non minus Suecis odiosum, ob dogma Lutheri, quam esset Gustavus.

Ericus, L. Antistes Scarenfis.

MDXXX. Franciscani passim in Dania consuetâ hostiatim stipe non potiti, negatâ per Lutheranos, cœnobia deseruerunt. 1530.

Eandem similiter ob causam monachi mendicantes, ex suis in Suecia, Gothiaque & Finlandia claustris, dilabuntur; Sed Scaræ ac Enecopiæ, expelluntur, quorum plerique acceptâ uxore, ad castra Evangelicorum transfiverunt.

Maxima in urbibus campanarum. Upsaliæ quidem, XX Maij, Lubecensium deputatur solutioni, cum vehementissima populi offensione.

Ibidem D. Johannes, Præpositus Lincopensis. M. Sueno Lector Scarenfis, & Jonas Canonicus Wexionensis, diœcesibus à Rege nominantur Superintendentes.

Gustavus insigni donatus munusculo ab Antistita Nadendalensi, quædam illi prædia retinere, pro seniorum permittit sustentatione.

Sudermannicæ Clerus à militari liberatus statione, CD. Regi marcas tremissium, quotannis idè numeravit.

Vichia, in colloquio Scondiorum Varbergenfi, Norvegis adjudicatur, Julio mense.

Commentitius ille Nicolaus Sture, furti convictus exigui in patria olim commissi, non ob turbas Suecicas, Rostochii, Gustavo procurante, fuit decollatus.

Sed alii Sueonum ibi exulantium, Trollius, Magnus & Thuro, in Belgium se conferunt ad Christiernum, arma parantem in Scondios, quos illi sollicitant literis, ad recipiendum Tyrannum, ceu Catholicum, quasi.

Solennis concertatio inter Catholicos & Evangelicos, Hafniæ instituta, mense Septembri, non processit, quod hi S. Scripturam, Regem & plebeculam adhiberent iudices; illi verò Papam & concilium generale.

Conclusum denique, ut religio in Dania vigeret utraque; Sed tamen Catholica mox eliminatur, confessione, modò Augustæ factâ, illuc allatâ.

Johannes, XXVI. Antistes Lincopenfis.

M. Sueno, Evangelicus Scaræ Antistes.

Jonas Boëtii Wexionensis.

1531.

MDXXXI. Gustavus regni armamentarium magis instruere cupiens, & ærarium complere, in conventu Ordinum Oerebrogensi, VI Januarii, præterdit Lubecensibus nec dum esse satisfactum, & campanam maximam proximam, ex ruralibus poscit Ecclesiis, ac ægrè consensum obtinet.

Dalecarli exulum animati literis Episcoporum, de Christiæni adventu, & prodigiis in campanarum evectione passim accidentibus provocati, violenter campanas revehunt, pulsatis avectoribus, & Arosiæ, XXV. Martii, cum Rege, hujus, & mutatæ religionis nomine, graviter exostulant.

Iidem reversi domum, reliquos Sueonum peremptoriè citarunt Arbogiam, & mense Maijo, ibi confluentes, non alii, de Gustavi consularunt exauguratione, contra quos ille colloquitur intereà cum Uplandis Upsaliæ, & utrosque demum sibi reconciliat.

Antistita Wretensis, proventus cœnobii levare permissa, marcas spondit indè Regi annuas LX. tremissium,

Monasterium Stocholmiæ Franciscanum, fit nosocomium.

Gustavus amitam, uxorem Thuronis profugi, carcere solutam, clauetro includit Scogenfi.

M. Olaus Nericius, Regis evadit Secretarius, & Henricus Sleidorm, deponitur.

Plebecula Sueciæ Gothiæque, Evangelicorum offensa dogmatibus, filios ex scholis revocat, & remanentibus sportulas denegat.

M. Laurentius Nericius, Olai frater, Upsalensis Ludirector, Stocholmiæ, XXIV. Junii, Archiepiscopus Regni nominatur, & Septembri exeunte, ibidem consecratur.

Verum, XII Augusti, Lincopenfis, Scarenfis & Wexionensis, Episcopi Stocholmiæ initiabantur.

A quibus velut Evangelicis, quod Archipræsul esset fortè inaugurator, hunc & successores legitime ordinatos non esse, nec alios per consequens veraciter Episcopos & sacerdotes ordinasse, neque per eos Sacramenta Suecis administrata esse, Catholici sæpius deinceps non sine causa contenderunt.

Catharina, Luneburgici filia principis, Gustavo nupsit Regi, Stocholmiæ nuptiis exeunte Septembri celebratis.

Novus Upsaliam expeditus Archipræsul, cum L. satellitibus, Catholici contumaciam presbyterii perdomuit, & illis postea exautoratis, totidem aluit studiosos.

Gustavus, eundem ut sibi acrius devinciret, cognatam illi suam dedit uxorem, & Laurentii hinc filias, Laurentius II, & Abrahamus successores, conjuges postea duxerunt.

Primi & præcipui Catholicorum in Sueciæ regno antagonistæ fuerunt, M. Olaus Nericius, & hujus frater Laurentius; M. Laurentius Andreæ, Stregnensis Archidiaconus, & Cancellarius Regis; M. Bothvidus, M. Gunnarus Lincopenfis, M. Michaël Agricola, M. Canutus, Abogenses Canonici, & M. Petrus Löstadius.

Gustavus Trollius extorris Sueciæ Archipræsul, à Christiæno missus in Norvegiam, incolas illi reconciliat tanquam Catholico, & Tyrannus

nus inde subsidium nactus, aliundeque, cum armata classe illuc ex Belgio trajicit, mensē Octobri.

Christiernus, XXIX. Novembris, Aslogiæ à Norvegis throno restitutus, Suecos & Danos literis sibi reconciliare, & Bohutium, Achershusiumque conatur expugnare. Nec Gustavus & Fridericus dormitant.

Plebecula Hafniæ Evangelica, odio Catholicorum inflammata per Consulem, XXVII. Decembris, Ecclesiam diripuit parochialem.

M. Laurentius, I. in Suecia Evangelicus Archipræsul.

MDXXXII. Danus Lubecæ, XX. Januarii, ligæ Evangelicorum Smalcaldicæ adscriptus, mox opem rogavit confœderatorum in Christiernum.

1532.

Gustavus à Friderico etiam imploratus, Bohusio succurrit, per hostes obfesso.

Thuro Joannius, velut suasor temerariæ in Scondios jam potentes expeditionis, à Christierno Kungellæ noctu obtruncari mandatur.

Danus multo Suecis auro numerato, XX. Maij, Vichiam recuperavit.

Fridericus Hollandis iratus ob lata nuper Christierno ab illis subsidia, & Vandalicorum ope mercatorum adjutus contra hostes, Achershusium impugnantes, his in conventu Hafniensi non dubiam fecit spem, de Hollandis ex mari Balthico excludendis, mox nequicquam se excusantibus.

Christiernus, post varias actiones, & velitationes Aslogiæ cum Danis & Vandalis habitas, demum Calendis Julii, cum illis ita tranfigit, ut sibi Fridericum securè liceret convenire, & si nullam ab eo provisionem acciperet, in Norvegiam redire, vel aliò abire.

Verum quod suis Fridericus Commissariis secus tempestivè mandasset, & Sueci, Dani, Holsati & Vandali, ut Tyrannus judicio sisteretur, obsecrassent, nec ille pactis stetit Aslogensibus, Sunderburgum Holsatiæ perductus, duodecenni traditur, carceri, Danos interea fautoribus captivi, perfidiæ graviter accusantibus.

Quo Christiernus die captivatur in Dania, eodem filius Johannes moritur in Germania: Ita calamitas nulla est sola!

Decretum contra Belgas, Balthico mari excludendos in gratiam Cæsaris, IX. Julii, rescinditur Hafniæ, assentientibus etiam Lubecensibus, & propterea jure nullo causam bellandi postea inde petentibus.

Gustavus & Magnus, exules Sueciæ Antiltites, cum tyranno in Daniam adducti, & jussi regno tandem excedere, alias regi Gustavo pro dendi, in Megapoliam reverterunt.

Norvegi, mensē Octobri, defectionis in Nidrosiensi conventu, per Regis legatos accusati, licet probarent culpam in Friderico residere, tempestiva non ferente subsidia, tamen libertate sibi Regem, Danis inconsultis, in posterum eligendi, privabantur, & mulctabantur.

Fridericus, Lundensem, Borglamsensem & Feroensem, infulas carè vendidit Candidatis.

Torbernus, XXXII. Metropolitanus Daniae.

Amundus, XXV. Antistes Feroensis.

MDXXXIII. Johannes Gothus ex Prussia in Italiam profectus, Suecanæ statum Ecclesiæ, tam Imperatori, quam Pontifici, exposuit, & consecratus Romæ, XXVIII. Julii, & Legatus Papæ ad Suecos ordinatus, in Prussiam remeavit.

1533.

Dalecarli, & horum accolæ Montani, mensē Januarii, ita per Gustavum

stavum, ob nuperas plectuntur factiones, ut deinceps nullas ausi fuerint machinari.

Vandalici negotiatores, & præcipuè Lubecenses, consuetum sibi lucrum in Scandiæ emporiis per Hollandos ereptum, indignantes, & Gustavo, Sueciâ illos excludere abnuerunt, comminantes, Belgis huc accessum, Dano juxta pactum connivente, armatâ classe prohibuerunt.

Fridericus I. Daniæ Rex, III. Aprilis die, vivis excedens, Slesvici humatur.

Senatus Daniæ politicus, Episcoporum motus rationibus, in comitiis, XXIV. Junii, Hafniensibus, restaurationi dogmatis Catholici, & Evangelicorum subscripsit exterminationi.

Verum de Regis electione Præfules & Proceres non convenientes, quod hi Christianum Luthero, & illi Johannem, Papæ, addictos, Friderici filios nominarent, eam consultò in annum seposuerunt sequentem.

Sed modò legatus ibi Lubecensium, Danis bellum in Suecos & Belgas, nequicquam suadens, clam incipit consultare cum Hafniensi & Malmogensi, Consulibus, Lutheranis, obsecrareque, ut Hansaticam complexi societatem, cum hac darent operam Sueciæ, Daniæ & Norvegiæ subactioni, Evangelicæ doctrinæ propagationi, regiæ progeniei, Episcoporum, & nobilium, extirpationi.

Lubecenses porrò nefariæ hujusmodi conjurationis facti compotes in Dania, eandem in Suecia moliuntur, cui non pauci Stocholmiæ cives, natione Germani, subscripserunt.

Senatus Daniæ illius minimè gnarus, missis in Belgium legatis, XXX annorum inducias cum incolis paciscebatur.

Verum Senatus Lubecensis, sub prætextu Stureos, ceu Suecis gratissimos, ad sceptrum promovendi, Sueciam commodius subjugari posse considerans, Suantoni Sture, fraudulenter Lubecum vocato, suam defert operam in occupando regno.

Ille autem consentire penitus recusans, & contumeliâ ideò affectus, dimittitur.

Deinde Lubecenses, non ignari litis, quam Johannes, Comes ab Hoya, Finlandiæ toparcha, moveret Gustavo, eandem illi operam occultè detulerunt, assensumque non difficulter obtinuerunt.

Interim Catholici Daniæ Antistites, Evangelicorum invigilant extirpationi, & Christianus horum patronus, sceptrum prænsat, quod Johanni à Catholicis destinatur.

Johannes Braschius, mense Septembri, Dantisco perscribens, Suecos Gothosque, ut avitam non desererent fidem, hortatur, & cum Gustavo, velut illius desertore, horrendum protestatur.

M. Georgius Normannus, à D. Martino Luthero commendatus regi Gustavo, in Sueciam accessit hoc tempore.

Ericus nascitur Gustavo filius, XII. Decembris die, XI. temporis vespertini horâ. cum non obscuro, futuræ tyrannidis portento.

1534.

MDXXXIV. Sueci & Dani, postridie Calend. Februarii, fœdus instaurarunt, de mutuo in hostium quoscunque ferendo subsidio; Et Lubecenses mercibus in Suecia, ob contumaciam spoliati, Danos litis arbitros recusarunt.

Qui simul Daniam, spe devoratam, Anglo emendam præsentarunt, & acceptis ab illo XX. millibus thalerorum, quadrimisque cum gente Hollandica induciis factis, ut Cæsarem suæ faventem molitioni,

ha-

habent, se propter liberationem Christierni, quod illi simul cum Danis securitatem spondissent, ab his ei non servatam, fraudulenter prætulerunt.

Aut certè, ut auxilio Lubecensium, Christiernus liberatus, & Scondiæ dominio restitutus, amplissimum negotiandi privilegium, exclusis nationibus occiduis, in ea concederet illis, vel indè proscriberetur.

Propterea Christophorus, Comes Oldenburgensis, Polemarcha deligitur, qui fraudis ignarus, mense Aprili, cum frustra Holfatos, Christierni agnati liberandi admonuisset, illos bello adoritur, Danicâ nixos ope.

Quando factionis in Dania socii, non immemores pacti, quædam regni propugnacula passim occuparunt: Quo & Comes Hojensis motus, firmatis arcibus Finlandiæ, initio veris, cum uxore, liberis & divitiis Lubecam navigavit.

Christophorus, in Daniam cum navâ Lubecensium delatus exercitu, Sielandos & Scanos compulit, novam Christierno promittere subjectionem, atque Gustavo Trollio, Episcopam inprimis Roschildensem, deinde Ottoniensem, contulit.

Sed Christianus, Holfatiæ Dux, IV. Julii, à Jutis, & Fionensibus, R.D. 115. rex salutatus, Lubecum obsedit, & Gustavus à congenero auxilium rogatus, post recuperatam Finlandiam, infestâ hostes classe impetivit, & insignem belli nervum affini transmisit.

Johannes Gothus, nuper ex Italia Dantiscum reversus, crebrimodò, & per sequens triennium, literis Gustavum compellavit, de sua restitutione, & dogmatis Evangelici proscriptione, intereaque curavit, sacra Biblia, sermone Suetico donari, versione Evangelicorum erroris damnatâ.

Cæterum Rex Sueciæ, contemptâ Gothi admonitione & molitione, Lubecensium machinationem non minus sibi, quam Christiano, ratus eam formidandam, illis mense Octobri, Hallandiam eripuit, Scaniamque invasit, affini pariter subjiciendam.

Christianus, & Senatus Lubecensis, XVIII. Novembris, quoad Holfatiam, reconciliati, de imperio Daniæ totis utrinque viribus, decertarunt; Nec Christophorus cum illo pacisci voluit, nisi Jutiâ & Holfatiâ contentus, reliquum Daniæ & Norvegiam Christierno assignaret. Quam respuens meritò Christianus pacis legem, plus virium comparat, & à Sueco plus argenti.

Non pauci ex Dalecarlia Catholici, ob veteres factiones, morte sub Arosia multabantur.

Verum D. Petrus, urbis Antistes, naturali morte sternitur.

Gustavus Trolle, XXX. Antistes Ottoniensis.

MDXXXV. Novus Daniæ Rex, Christophorum ex Fionia profligat, & per Suecos tota Scaniâ & Hallandiâ, præter Malmogiam & Varbergum, positus, à Gustavo maritimum poscit auxilium, & hoc nactus, in Oceano hostibus prædominatur. 1535.

Lubecenses ideò rebus suis diffisi, cum Anglus nollet emere arces & provincias in Dania occupatas, Cæsari eas, & Palatino Christierni genero, præsentarunt.

Nec tantas respuunt illi merces, & X. Aprilis, Norvegos simul admonent subjectionis. Quod ipsum facit Christianus, & utraque pars suos ibi fautores obtinet. Sed Clerus, Palatino, ceu Catholico, totus suffragatur.

Cæterum fautores Stocholmiæ Lubecensium, XX. Martii produntur, & plectuntur, quodque M. Olaus, & M. Laurentius Andreae scelus ex confessione auriculari notum prius habuissent, nec Regi detexissent illud, gratia excidunt.

Christianus, XI. Junii, multis hostium in Fionia, quos inter primarii fuerant, Comes Hojensis & Gustavus Trollius, Slesvici humatus, trucidatis, XXIX Julii Hafniam obsedit.

Quam, ope Lubecensium, Dux Megapolensis, throni cupidus Danici, & Christophorus insulæ Sielandicæ, propugnarunt, promissum à Palatino subsidium frustra expectantes.

Catharina uxor Gustavi Regis tertia, XXII. Julii nascitur.

Christianus, Septembri mense, præsens cum Gustavo Stocholmiæ colloquens, Vichiâ illi & Varbergo oppignoratis, plus impetrat argenti, & consilium, ut fertur, de redigendis in ordinem Daniæ Præfulibus.

Catharina, consors Gustavi prima, XXIII. Septembris, vitam claudit, Stocholmiæ aliquandiu sepulta.

Archipræful Norvegiæ, à Palatini legato persuasus, sceptrum illi pollicebatur; Quando competitor Christianus, terrestri & navali Sueonum auxilio non mediocri, arcés Daniæ hostibus passim extorsit, ac urbem Varbergensem, XXIX. Septembris.

Henricus, I. Evangelicus Præful Arosiensis.

1536. MDXXXVI. Metropolitanus Norvegiæ, captivatis Dani legatis, regnum Palatino subjugare satagens, per adversarios comprimitur.

Christophorus domui Burgundicæ spondet amplissimum in Scandia privilegium, si auxilio ipsius regnis, & Christiæ sic liberandi filiâ potiretur: Sed illa Scandiam Palatino annuens potius, huic auxiliatur.

Senatus Lubecensis, tandem belli pertæsus, & pactus veteres in Dania, Norvegiaque immunitates, Hamburgi, XIV. Februarii, Christiano reconciliatur.

Suecus porrò indignans, quod contra pactum, se inconsulto, Danus cum illis transfegisset, suas revocat ex Dania cohortes; Quod etiam faciunt Lubecenses.

Hafnienses itaque animum despondentes, cum nulla Palatinus adferret subsidia, confirmatione privilegiorum obtentâ, se Christiano, XXIX Julii, dediderunt; Ast prius Malmogienses.

Victor ita regno potitus, quod Antistitum adhuc timeret potentiam, ceu religionis innovationi contrariam, & opulentiam illorum indigeret, mense Augusto, captivos bonis exiit amplissimis.

Inter Suecum & Moschum, induciæ solemniter instaurantur.

Margareta, prænobilis virgo Sueciæ, VI. Octobris, Gustavo Regi elocatur.

His compræhensus nuptiis, Magnus Sudermannicæ Præful, velut Evangelicis contrarius, octimestri traditur custodia.

Ordines Daniæ convocati Hafniæ, XXX. Octobris, Episcoporum subscripserunt depositioni, & bonorum confiscationi.

Quibus libertati postea restitutis, non dignitati, Rex modicam vitæ sustentationem, deputavit; in Catholica tamen religione perseverantibus, & spiritum denique exhalantibus.

Norvegia in his comitiis crebræ accusata rebellionis & defectionis, tituloque propterea regni, & senatu spoliata, in provinciam redigitur, Daniæ perpetuò servituram.

Ibidem fœdus in hōstes fuit renovatum inter Suecos & Danos palam; tamen clam in animis odium remansit, quod hi Sueciæ, & illi Gothlandiæ, Scaniæ, Blechingiæ & Hallandiæ, inhiarent.

M. Bothvidus, I. Evangelicus Præsul Stregnenfis.

MDXXXVII. Smalandi, seu Gothi australes, quod prioribus annis se aliquantulum Gustavo rebelles præbuisſent, inclementius mulctati, magis rebellare occœperunt.

1537.

Margareta Suecici Regis soror germana, extorrem finiit vitam, Revaliæ, Februario mense.

Olaus, Norvegiæ Archiepiſcopus, occaſum patriæ non valens intueri, & Danica timens arma, initio veris, Belgium adiit, Palatinum in Norvegiam adducturus.

Commiſſarii Danorum mox advolantes armati, decretum exequentur Hafniense, & bonis Eccleſiæ conſiſcatis, & præſulibus in vincula conſectis, religionem immutarunt.

Quando, II. Evangelici Sueciæ celebrantes ſynodum, Oerebrogiæ, plurima veterum dogmata quoque abrogarunt, ceremoniasque.

Johannes Gothus, generalis concilii celebrationem in Italia præſtolans, vicarium agit Patriarchæ Veneti, & conſcribit hiftoriam.

Induciæ triennes Hamburgi firmantur Danos & Burgundiones inter.

Christianus, Daniæ & Norvegiæ Rex, Hafniæ XII Auguſti, per Johannem Bugenhagium, Witebergæ Superintendentem, fuit coronatus.

Ibidem XXVI. Auguſti Bugenhagius, primos VII. Daniæ Antiftites conſecravit Evangelicos, in locum totidem Catholicorum Epifcoporum.

Quo tempore monachi, Luthero adverſantes, ex Dania relegabantur, & Bugenhagius in illa quinquennium impendit informanda.

Ubi ſimiliter Danus arbiter delectus, controverſias Sueci, cum Prutenis; Lubecenſibus & Comitibus Hojenſium, non valuit componere.

Suecus triennes Lubecenſibus conſeſſit inducias.

Sueci fundis in Dania & Norvegia hæreditariis, ob motam Johanni Regi olim rebellionem, injuſte ſpoliati, cum Danis in limitaneo colloquio fruſtrâ expoſtularunt, mense Septembri.

Suecus & Danus conſultant de pangendo cum proteſtantibus Germaniæ principibus fœdere, & concilii generalis impedienda celebratione.

Johannes III. Sueciæ Rex, natus fuit Stegeburgi, XXI Decembris, IV. matutina hora.

M. Johannes, I. Norvegiæ Archipræſul Evangelicus.

Franciſcus, I. Daniæ Lundeniſis.

Petrus, I. Roſchildeniſis.

Georgius, I. Ottonieniſis.

Johannes, I. Ripeniſis.

Matthias, I. Arhuſieniſis.

Jacobus, I. Wiborgenſis.

Petrus, I. Borglameniſis, Antiftites, & Monachus defertores.

1538.

MDXXXVIII. Smalandi, seu Sudrogothi, minus bene cum Gustavo contenti, ob nuperam mulctationem, & religionis innovationem, ſimulque ex Dania & Germania perſuaſi, quodam Jona ductore, palam illi ſe oppoſuerunt.

Suecus ideò, aliisque de cauſis, Dani habens ſuſpectam amicitiam, arma cudit, & Christianus hinc, aliundeque, ſibi timens, mense Aprili, quinquennale cum proteſtantibus fœdus pangit.

Catholici ex Suecia proscripti, & simul Ericus, Comes Hojensis, Bernhardusque à Moellen, Lubecæ consultant initio æstatis, cum Polemarcha Smalandorum, de Gustavo impugnando.

Johannes Braschius, in cœnobio Poloniae Lenda, mense Julio, moritur.

Gustavus cœnbitas sensim extirpaturus Vastenenfes, quosdam illorum in Lapponiam & Norvegiam ablegavit.

1539. Syonense in Anglia S. Birgittæ monasterium, prorsus desolatur. MDXXXIX. Senatus regni Oerebrogiæ, IV. Januarii, hæreditarium Sueciæ sceptrum, Gustavo & liberis pollicetur.

Smalandi continuant rebellionem, à Palatino & hujus animati sectatoribus: Sed intelligentes ipsum esse repulsum, aliquandiu quiescunt.

Islandi Danorum tyrannide offensi, seditionem quoque moverunt. Gustavus cum Christiano, de variis exoptulans injuriis, ipsum arguit ingratitude.

Lubecenses, instinctu Danorum, misso in Sueciam legato, vetera poscunt nomina & privilegia, mense Octobri.

1540. Catharina, Gustavo regi filia nascitur. MDXL. M. Olaus Nericius, & M. Laurentius Andreae, quod non detexissent factionem, non ita pridem Stocholmensium; Quodque Regi olim temeraria in religionis negotio consilia dedissent, & quod ille patriæ simul historiam falsasset, postridiè Calend. Januarii, à Senatu capitis damnati, auro vitam redemerunt.

Danus cum domo Burgundica inducias paciscitur annuas.

Christina, captivi filia Christierni, Lotharingiæ nupsit principi, dotem ex Scandiæ regnis prægrandem expectanti.

Ostrogothi, ob religionis mutationem, & infveras contributiones, quodam Laurentio antesignano, tumultuantur, & illo per Regem obtruncato, sedantur.

Conservator religionis, suo cum Senatu, vir quispiam illustris, in qualibet regni ordinatur provincia, hujusmodi occursum tempestive turbis, hoc tempore.

Gustavus ex Gothici regni Ecclesiis, non mediocrem cumulat thesaurum.

Johannes Gothus, suam finiit Venetiis historiam, III. Junii.

Academia instauratur Upsalensis.

Gustavus gentilia nonnihil mutavit & ornavit sua insignia, cui, VI. Novembris, altera gignitur filia Cecilia.

Islandis per Danum doctrina Evangelicorum obtruditur.

Christianus mutuatum solvens Regi Sueciæ argentum, & litem de Gotlandia, limitaneo Scandiorum submittens colloquio, illum sibi nonnihil placavit.

1541. Gyflerus, I. Antistes Scalholtensis in Islandia Evangelicus.

MDXLI. Cæsar bello implicatus Turcico, ita ut sororium liberare, & hujus generos ad Scandica promovere sceptrum, modo non valeret, Danis Ratisbonæ, Aprili mense, quinquemestres concessit inducias.

Indè Suecus & Danus sibi pariter metuentes, & XV. Septembris, post diffidia periculosa colloquentes ad Bremsebro, contra hostes se colligant, & controversiâ de regno Sueciæ, præcipueque Gotlandia, tantisper sepositâ, pacem L. annorum utrinque stabiliunt, & multam transgressori decernunt.

Non multum diffimile pangit Danus cum Gallo, etiam Cæsaris hoste, XXIX. Novembris, foedus. Sueci

Sueci exulantes, & præcipue Antistes Scarenfis, Smalandos crebris hortantur literis, ut Gustavo deposito, Palatinum vel Magnipolensem, succiperent dominos.

Johannes Gothus, in causa religionis Catholicæ, apud Scondios restituentæ, Romam vocatus, in Xenodochio de Saxia, versabatur.

Evangelicus in Islandia Præful, ducta uxore, idem Clero persuadere nititur Catholico.

Thilemannus, I. Slesvicensium Antistes Evangelicus.

Johannes Thausonius, II. Ripensis.

MDXLII. Danus cum domo Burgundica, Christierni studiosa liberandi, & Scondiæ subjugandæ, nequicquam conatur transigere. 1542.

Nicolaus Dachius, agricolarum unus Sudrogothicorum, ab eadem fortè instigatus, & Jonæ subrogatus, convocatis ad arma Smalandis, Gustavum propter dogma Lutheri execrantibus, cum illo cœpit belligerare.

Suecus hujusmodi Cæsarianorum percussus molitionibus, & a Gallo persuasus, eosdem formidante, cum illo in hostem communem, XI. Julii, confœderatur.

Quandò & Calmarniæ, cum Vandaliæ negotiatoribus, pacifce-

batur. Idem rogatus subsidium à Bohemo in Turcam, ob turbas opitulari nequit domesticas.

Dachius, mense Julio, regios infestat, & quod refugium diu cum suis in Blechingia haberet, Gustavus factionis infimulat Christianum.

Islandi ob religionis quoque mutationem tumultuantur.

Johannes Bugenhagenus, reformationis in Dania negotio consummato, Witebergam, probe nummatus, remeavit.

Fridericus nominatur parenti successor Christiano, & hic, jure fœderis, Gallo submittit in Cæsarem suppetias.

Magnus, Gustavo genitus est filius, XXV. Julii.

Dachius per anni reliquum, plus quam X. millibus hominum stipatus, suam obtulit operam Suantoni Sture, & sceptrum Sueciæ, modo avitam vellet religionem instaurare.

Sed passus repulsum, & Gustavi blanditiis seductus, insigne pollicentis subdolè feudum, consensit armorum depositioni; Quæ tamen mox resumit, dolo subintellecto, & nuncio Magnipolensis, Suecicum quoque thronum affectantis, accepto, Calmarniamque obsessit, & Ostrogothis frustra rebellionem suggestit.

MDXLIII. Gustavus hinc vehementer exacerbatus, armis rebelles adoriëbatur, & quod neque sexui, neque parceret ætati, etiam illi magis irritati, strenuè se defenderunt, donec, Nicolao vulnerato, dilaberentur. 1543.

Mense autem Februario, concurrentes longe frequentiores & ferventiore, novo, tantisper dum curaretur Dachius, electo duce, ac obfesso Stegeburgo Ostrogothiæ, Suantonem Sture, illius Castellanum, cogere nituntur, ut Gustavo se unà opponeret, & sceptrum ipsi eriperet; sed molitio successu caruit sperato.

M. Georgius Thuronus, Upsalensis quondam Præpositus, IX Martii, animam Gustavo & Luthero infestam, exhalavit.

Docteur Johannes Magnus, se Evangelicum simulare diutius, sibi ducens piaculo, Episcopam resignavit Lincopensem.

Illi fuit Claudius Huit substitutus, qui cum prius Evangelicos in Suecia oppugnasset, demum receptui canens, audito Witebergæ Luthero, abjicit cucullum, & monacham Scheningiæ ducit uxorem.

M. Olaus Nericius, gratiæ regiæ, & Cathedræ Stocholmenti, veris initio, fuit restitutus.

Quando Cæsar & Palatinus, literis Sueciam versus transmissis, Dachio rebellionem gratulantur, ampliffimosque illi fundos & honores spondentes, sicut & suppetias propediem affuturas, hortantur, ut Gustavum pergeret impugnare.

Sed literæ à Dano & Sueco intercipiuntur; tabellarii morte plectuntur, & terrestres hostium maritimaque expeditio in Scandiam impeditur.

Interea Dachius, curato vulnere, Ostrogothos & Sæonum alios ad suam conatur militiam pertrahere, verum frustra; & propterea Smalandi, sicut etiam, quod Palatinum se nequicquam expectare intelligerent, armis depositis, gratiam Regis prece, precio & sanguine, recuperarunt.

Ipsemet Dachius in Blechingia trucidatus dicitur à sociis, sub Calmarnia rotis, palisque impositus; vel alius loco illius, ut quidam confitentur, qui Dachium evasisse in Germaniam, & multo post tempore huc rediisse, memorant.

Conradus à Phy Cancellarius Sueciæ, ob quædam flagitia, hoc prope tempus, carceri adjudicatus perpetuo, Arosiæ, pectoribus consumebatur.

Suecus & Danus, auxiliares mittunt copias Gallo & Clivensium Principi, ceu fœderatis, ab Imperatoreque infestatis.

Saxo & Lantgravius, victoriæ Cæsaris de Gallo reportatâ, confternati, & Gustavus ab illis propterea Smalcaldicæ admonitus ligæ, in Catholicos subscribendæ, consensit.

Claudius, I. Lincopensis Præsul Evangelicus.

1544.

MDXLIV. In comitiis Ordines Sueciæ Arosiensibus, filios Gustavi, XIII. Januarii, & progeniem illorum universam, hæreditarios faciunt regni principes, ita ut primogenitus cum suis liberis, secundogenito præferretur in regiâ dignitate suscipienda.

Hujus vigore statuti mox Ericus undennis, primogenitus Gustavi filius, successor parenti hæreditarius, promulgatur.

Quando Rex & ordines in dogma jurarunt denuò Evangelicorum, & residuum Catholicæ usum doctrinæ, omnem abrogarunt, concludentes simul, ut statuæ in templis Sueciæ sculptiles, Christi de cruce pendentis, Divorumque similes, deturbarentur.

Idè percelebris ille Suinegardensis crucifixus, & miraculosus, XXIII. Januarii, dejectus, & non impunè transvectus, Upsaliæ per Archiepiscopum cremabatur.

Moschus Finlandiam populatur, primis quoque anni mensibus.

Johannes Gothus, exul Sueciæ Metropolitanus, Romæ, XXII. Martii, expirans, in basilica sepelitur Vaticana.

Joachimus Ronnövius, Roschildensis quondam Antistes, octenni carceris squalore confectus, quod Evangelicis obluçtaretur, Hafniæ obiit.

Academici Hafnienses, regio jussu, cum Catholicis adhuc in Dania residuis, per octiduum corrixati, palmam reportasse feruntur.

In conventu Spiræ Imperiali, Danus Cæsari reconciliatus, III. Junii, promissit Christierno liberio rem & honestiorem custodiam, ligamque cum Gallo initam, rescidit.

Idem lubens postea fecit Suecus, amicitia etiam Imperatoris restitutus, & ita Carolus Cæsar Franciscum, Scandiis destitutum, fortunatius impugnavit.

Turris Stocholmiæ tricoronigera, longè celsius fastigiatur, & acropolis ipsa, sicut & Calmarnensis, fossa & vallo firmantur.

Olaus Gothus, XVI. Octobris, fratri subrogatus, Archipræsul fuit Sueciæ titulo tenus, Romæ degens, & subindè Venetiis, ubi vicarium egit Patriarchæ.

1545.

MDXLV. in Aprili, arx Ostrogothiæ Vastnenensis fundatur, & Chronobergenensis Sudrogothiæ magis firmatur.

Anna Gustavi filia, IX. Julii, in lucem fuit edita.

Smalandi quidam profugi, jussu Alberti Megapolensis, in patriam regressi, & ab incolis repressi, factionem detestantibus, Sueco per Albertum prodebantur, & maectabantur.

Negotiatores Vestrogothiæ, ex Ludofia veteri, ad novam, mense Novembri, commigrarunt.

1546.

MDXLVI. Lincopia, Abogia, & claustrum Rifebergense, conflarunt.

Gustavus, initio ætatis, decennes cum Vandalia negotiatoribus paciscitur inducias.

Christiernus liberiolem, XIV. Julii, nactus custodiam, suo in Scondiam jure se abdicavit, & incolis offensas condonavit ille crocodylus.

1547.

Horrenda, mense Augusto, balæna in portu grassatur Stocholmensi.

MDXLVII. Carolus Imperator, Saxone & Lantgravio debellatis ac captivatis, Evangelicos graviter perculit.

Fridericus, Christiani filius, mense Julio, Rex à Norvegis, Aslogiæ salutatur.

Holensis Antistes Islandiæ, Catholicus, & Scalholtensis Evangelicus, de religione belligerant, illo Anglis prodere insulam machinante.

Sueci Gothique congregati Stregnesiæ, & interrogati, dotem Christierni filiabus numerare prorsus recusarunt.

1548.

Supellex Oelandiæ Ecclesiastica, fisco adjudicatur.

Sophia, Gustavi filia, XXIX Octobris, in lucem prodiit.

Martinus, II. Præsul Scalholtensis Evangelicus.

MDXLVIII. Holensis Episcopus, Scalholtensi & regio præfecto captivato, Catholicam ibi religionem instaurat.

Danus in filia nuptiis, Saxoni, mense Aprili, copulata, insignia Sueciæ, ternas Coronas usurpans, & ita jus sibi nonnullum in eam arrogans, gravi præbuit occasionem controversiæ.

Forma religionis per Germaniam observanda, quoad aliam concilium præscriberet Tridentinum, vocata ideò INTERIM, Cæsaris mandato, non Pontificis, publicatur.

Quam Clerus suscipiens Evangelicus in Saxonia superiori, à Clero plurimum repræhenditur inferioris.

Clerus etiam Sueciæ ab illo forsitan permotus, novâ Ecclesiæ Agenda promulgata, quasdam revocavit Catholicorum ceremonias.

Cænobitæ Vastnenenses, per Georgium Norman, Regis nixum auctoritate, compulsi, defectionem à fide pristina, simularunt aliquandiu.

Arx Upsalensis, tempore veris, prima sortitur exordia.

Christianus & fratres, feudo Nordalbingiæ, V. Octobris, per Cæsarem investiuntur.

1549.

MDXLIX. Christiernus, XVII. Februarii, primum deductus fuit Sunderburgo, Calenburgum.

Vaxholmensis in Suecia, & Lanscronensis in Dania, consurgunt arces.

Eli-

Elizabetha, Gustavi filia, in Martio nascitur; Et focus illius Eba, in Octobri moritur, Lincopiæ quiescens.

Clerus Sueciæ congregatus, mandato Regis Upsaliæ, Cæsareum ventilavit & recusavit Interim; quod etiam fecit Daniæ presbyterium.

1550.

MDL. Princeps Magnipolensium, Albertus, conjuncto sibi Holsato, Sueciam impugnare decrevit; Sed non obtento per Daniam transitu, consilium mutavit.

Gustavus pace cum Imperatore magis firmatâ, & simul Anglo sibi foederato, non Holsati, nec Megapolensis, neque Palatini, magnoperè formidat molitiones, sicut neque novas Lubecensium.

Margareta Regina Sueciæ, Carolum Gustavo genuit filium, IV. Octobris.

Helsingforsium Nylandiæ, civitatis jure donatur.

Piscis in Oeresundio captus, formâ referens monachum, regio jussu sepeliebatur.

1551.

Sacra Biblia, Danice versa, prodierunt.

MDLI. Jonas Holensium Episcopus, armis Catholicam propugnans religionem, ab adversariis capitur, & cum filiis duobus, uno insulæ nomophylace, & altero sacerdote, prius quam fortè fieret Antistes, genitis, capite plectitur, moxque superveniens Dani exercitus, sectatores illius persequitur.

Olaus Gothus, concilio interfuit Tridentino, velut Sueciæ Archiepiscopus.

Johannes, Comes Hojensis, Gustavi Regis forore natus, Episcopus Monasteriensis postea factus, ibidem adfuit similiter.

Nosocomium Stocholmense, transfertur Dannevichiam, ex cœnobio Franciscanorum.

Margareta, Sueciæ Regina, XVI. Augusti, morte abripitur, Stocholmiæ paulisper humata, & inde Upsaliam post translata fuit.

Nicolaus, II. Daniæ Archiepiscopus Evangelicus.

Chilianus, II. Antistes Wiborgensis Evangelicus.

1552.

Olaus, I. in Islandia Holensis.

MDLII. M. Olaus Nericius, XIV, & M. Laurentius Andreae, XXIX. Aprilis, mortem obierunt, qui Evangelicorum dogma primi Suecis annunciarunt.

In Islandia, tertius Episcopi Jonæ filius, cum non paucis sectatorum, mandato Regis obtruncatur, & doctrina vetus extirpatur.

Gustavus tertio accinctus connubio, Vasteni, XXI. Augusti, cum Catharina illud consummavit, filia Baronis à Torpa Olai, Archiepiscopo regni frustrâ obluente & protestante, quod sorore natam uxoris defunctæ, non liceret ducere.

Stocholmia & Abogia, incendio vastantur.

Ericus, II. Præful Stregnesiæ Evangelicus.

Johannes, II. Roschildiæ.

1553.

MDLIII. Lubecenses priscam in Suecia & Norvegia negotiandi flagitant libertatem, nec in illa obtinent.

Ericus, Gustavi filius, Lincopiæ cum Clero Gothiæ colloquens, se illi insinuat.

Moschus, perfidè induciis LX. annorum abruptis, Finlandiam infestat denuò.

Johannes à Lascho, ex Anglia pulsus in Daniam, incolis Calvinismum obtrudere frustrâ conabatur.

Vita prodiit Romæ, per Olaus Gothum, S.S. Birgittæ & Catharinæ.

MDLIV. M. Thorerus, Lincopenfis olim Canonicus, quod religionis esset acerrimus Catholicæ defensor, annis hæctenus non paucis Griphisholmiæ captivatus, mense Junio, donabatur libertate. 1554.

Ibidem quoque detentus fuit aliquandiu Bothvidus Stregnensis Præful, ceu regio contrarius regimini, & historiæ falsarius Sueticæ, qui mense Januario, libertatem auro redemit.

Wiburgensis in Finlandia instituitur Episcopatus.

Historia Johannis Gothi posthuma, Romæ publicatur.

M. Christiernus Petrius in Dania moritur, falsarius, velut & ille, Scondicorum annalium.

Suecus à Livonibus instigatus, arma parat in Moschum, illis conjungenda.

Idem Christiano litem, ratione limitum & insignium Suecicorum, ceu minus justè ab eo usurpatorum, movit.

Michaël, II. Antistes Abogenfis Evangelicus.

Paulus, I. Wiburgensis.

MDLV. Christianus, Danis suo prohibet edicto, Calvinistas vel Anabaptistas aliundè venientes, suscipere hospitio. 1555.

Moschus, mensibus Januario & Martio, non impunè Finlandiam populatur.

Suecus & Polonus conveniunt, ut conjunctis armis Moschum, velut hostem communem, impugnent.

In colloquio Elsburgenfi, per Maijum habito, Dani gravaminibus Sueonum utcunque satisfaciunt, præterquam de usu trium Coronarum.

Opus M. Olai de moribus & ritibus Scondianorum, Romæ publicam aspexit lucem.

Occidua Stocholmiæ pars conflagrat, & non modicum de parochiali Ecclesia Rex ibidem disturbat.

Sudrogothia proprium & primum consequitur Superintendentem Petrum Caroli, residentem Calmarniæ.

Gustavus, ex pacto cum Polonis & Livonibus nuper inito, Moschum non modicâ clade affecit, fociis nusquam comparentibus.

Angli, navigationem circa Norvegiæ, Thylemarchiæ & Lapponiæ littora in Russiam primi aperuerunt.

MDLVI. Moschus cladem à Suecis nuper acceptam vindicaturus, Wiburgum Finlandiæ obsedit, XXII. Januarii, & grande ibi passus infortunium, turpiter recedit. 1556.

Qui rebus propterea suis diffusus, Sueco pacem obtulit, quam ille non respuit, quod à Polonis & Livonibus esset delusus.

Livones, subito inter Achiepiscopum & Magistrum diffidio, internis primò, & externis deinde armis confodiuntur & obruuntur.

Fridericus Palatinus morti succubuit, quo cum omnis Sueonum spes exultantium in patriam redeundi, fuit tumultata.

Paulus, II. Præful Slesvicensis Evangelicus.

Petrus, II. Arosiensis.

Gislo, III. Scaltholtenfis.

MDLVII. Pax inter Suecum & Moschum quadrilustris, Mosquæ instauratur, XXI. Martii, & mense Augusto, Stocholmiæ firmatur. 1557.

Cæsar Dano litem cœpit movere ob Juriam australem, imperio eam esse subjectam diu contendens.

Poloni verò discordia cum Magistro Livoniæ, arbitro Cæsare dirimitur.

Gustavus, mensē ordiens Septembri suum condere testamentum, in eo deputat filiis Ducatus, Erico Sudrogothiam & Oelandiam, Johanni Finlandiam, Magno Ostrogothiam, & Carolo Sudermanniam, Nericiam ac Vermelandiam; Sed cuique filiarum centum millia thalerorum.

Cæterum Ericus suo propediem fruiturus Ducatu, VI Decembris, parenti sacramenta fidelitatis præstitit.

Laurentius, II. Antistes Evangelicus Arhusiensis.

M. Ericus, II. Scarensis, circa hoc tempus.

1558.

MDLVIII. Moschus, priscum sibi quoddam jus arrogans in Livoniam, & honorario quotannis pendendo non acquiescens munusculo, illam invadit.

Suecus & Polonus à tam crudeli vicino boni nihil expectantes, mutua in illum spondent auxilia.

Ericus, IV. Martii, possessionem Ducatus adivit, quem, initio veris, materna conveniens avia Calmarniæ, sortem illi gratulabatur.

Tantam fratris Johannes ægrè fortunam perhibetur tulisse, & à pueritia his, aliisque de causis, graves cum illo habuisse simultates.

Ericus ideò animos sibi devinciens paternorum servitorum, ab æmulo in suspicionem vocatur throni affectati, à qua mox insons depræhensus, liberatur, sicut fertur.

Moschus, per æstatis tempus, Narviam, & provinciam sibi crudeliter subjugat Derpatensem.

Hinc Livones adeò desperarunt, ut quidam illorum Sueco, alii Dano, reliqui Polono, se, velut protectoribus, submittere decreverint. Quos repulit Gustavus, tanti Estoniam nolens mercari, quanti postea filii Ericus & Johannes.

Idem, Caroli morte Cæsaris intellectâ, non tristatur, sicut neque propter obitum Olai Gothi, qui Romæ, Calendis Augusti, contigit.

Cænobia Islandiæ desolata, in feudum cedunt politicis.

M. Petrus, III. Antistes Evangelicus Abogenis.

1559.

MDLIX. Christianus, primâ, & Christiernus, XXIV Januarii, Reges Daniæ, vitam morte commutarunt, ac ille quidem Roschildiæ; sed hic veneno, ut fertur, sublatus, Ottoniæ, deponerentur.

R.D. 116.

Fridericus, parenti subrogatus Christiano, & à patruo instigatus Adolpho, Holsatiæ Domino, partem Dithmeriæ promittente, junctis cum illo armis, Dithmersos impugnavit.

Dithmersi ab hostibus insperatè oppressi, & victi, perpetuam Danis & Holsatis, XX. Junii, subjectionem, vel potius servitutem sponderunt.

Hæc Danus & Holsatus victoriâ nimium elati, non minus facilem sibi fore subactionem Sueciæ confidebant, & super hac taciti capita contulisse dicuntur.

Nec ea latuit Suecum pervetus illorum molitio, & propterea filio Erico, Anglam expetenti conjugem, non magnoperè oblectabatur, non diffidens, quin Suecis Angli postea in hostes promptum laturi forent subsidium.

Procus ipsemet, misso in Angliam præceptore, & suafore Dionysio Gallo, Elizabetam de matrimonio compellavit, & post illius reditum cum responso benevolo, illuc princeps Johannes, & Steno Ericus, mensē Augusto, expediebantur.

Johannes Calvinus, istâ gavissus occasione, Gustavum literis hortabatur, ut dogma Zvinglianum cum Lutherano in Suecia permutaret.

Danus

Danus Estoniæ clam inhians, novo ordinis Magistro, belli suppeditat nervum contra Moschos gerendi, & proditas sibi Oeseliensem Curonensemque Episcopas, Magno deputat fratri, ceu fundis in patria hæreditariis non gavifuro, ac Moschum per legatos obsecrat, nè illas infestaret.

Mercatores occidentales & orientales, hostilem in Estonia formidantes excursionem, & Revaliam præternavigantes, cum Ruthenis Narviæ incipiunt negotiari, Revaliensibus tanto spoliatis lucro indignantibus, & frustra obstantibus.

Fridericus, XX. Augusti die, à Danis Hafniæ fuit inauguratus.

Gustavus, nuptias filiae Catharinae, Comiti Frisonum Ezardo de sponsa, non minori peragit solennitate, Calendis Octobris, Stocholmiæ.

Gothardus Livoniæ Magister, Christianorum auxilia principum implorat contra Moschum, & hostem Novembri mense alacriter oppugnat, non tamen recuperat Derpatum.

Cæsar Suecum obsecrat, ut is velut dominus maris Baltici, Narvicæ obsisteret navigationi, ceu perniciosæ Europæis.

MDLX. Moschus inde magis irritatus, crudelius in Livonia grassabatur. 1560.

Magnus Danici Regis frater, primo vere Arnsbergum Livoniæ ingressus, cum maximo à Livonibus ad eum confluentibus, ceu Moschi amicum, excipiebatur gaudio; Sed extrema luctus occupavit.

Quando & Dux Johannes, cum optato in Sueciam responso reversus, significavit aliud non deesse matrimonio, quam sponsi in Angliæ præsentiam.

Ordines Regni Stocholmiæ propterea convocati, XI. Julii, successionem denuò approbarunt regionum hæreditariam filiorum, sicut & Regis testamentum, Anglicamque Erii protectionem, multis se conditionibus obligantis, & Anglicam in hostes opem ac opes liberaliter patriæ promittentis.

Interea Moschus totam ferme Livoniam pervasit, arces subigens, captivos abducens, & nè Magni quidem parcens ditionibus, quod cum Magistro colluderet; à Dano tamen mox placatur.

Cæsar Friderico regi possessionem confirmat Dithmersiæ, & hic Vandalia mercatoribus vetera negotiandi privilegia apud Danos & Norvegos, opem sibi pollicentibus in hostium quoslibet.

Petrus Rosfontanus, apologiam pro Danis contra Hemingum Gadidum & Johannem Gothum edidit, Sueonum animos illâ magis in Danos accendens.

Ericus protectioni accinctus Anglicæ, Ludosiam properat, mense Augusto, ut inde solveret, ubi adverso non paucis septimanis vento fuit detentus.

Interim Rex Gustavus, morbo Stocholmiæ correptus, ibi animam, XXIX. Septembris, exhalavit.

Ericus de obitu parentis factus certior, omissâ protectione aliquantisper Anglicâ, quod timeret, nè frater thronum invaderet, Stocholmiam properavit, quam, XXII. Novembris, ingressus, sceptrum capeffit. R.S. 106.

Oratores Revaliensium, novi Regis implorant auxilium contra Moschum, & cum illo abeunt non mœsti responso, ut Estonos se prius subderent regno Sueciæ.

Sed legatus Moschi, contrarium ab Erico flagitavit, & sororem pariter Ceciliam, Domino suo conjugem.

Cæterum Magister Livoniæ, Curlandiam pro Ducatu pactus & nactus, sibi & Livoniæ dominum elegit Polonum.

Gustavus, XXI. Decembris, in choro basilicæ Upsalensis parthenico, cum binis conjugibus, regali pompâ humatur, filiis regnum linquens florentissimum & opulentissimum.

Nicolaus, II. Præsul Evangelicus Ottoniensis.

1561.

MDLXI. Ericus quibuslibet animi corporisque ornatus dotibus, regiæ quidem personæ competentibus, cum fratribus & sororibus mobilia patris bona divisit, & quod prægrandes argenti summas, Anglico impensas connubio, suæ nollet portioni detrahere, & immobilia simul iisdem detraheret, primam illorum incurrit indignationem.

Secundam verò, quod fratribus Ducatus assignaret, servili magis quam herili conditione, in comitiis Ordinum Arbogensibus, XIV. Aprilis, obtrusâ invitis, & frustra obluçantibus.

Ubi etiam novum extorsit ab ordinibus consensum, & censum Anglico matrimonio.

Prætereà nimium Estoniæ cupidus, persuasit iisdem Magistri oppugnationem, sub prætextu, quod Suecos in Narvica infestasset navigatione.

Confidens non magnoperè fratrum amicitia, fidos sibi vicarios in quavis ordinat provincia, donec ex Anglia reverteretur, gubernaturos.

Quando & sponsæ, præceptorique gratificaturus, nonnullum Calvinismo aditum in Suecanam parare Ecclesiam, frustra conatur.

Idem, transmissò in Livoniam exercitu, Revaliensium non frustra tentat animos, utpotè qui jura pacti vetera novaque, se dominio Sueciæ submiserunt, & simul accolæ nobiles, Danum, Polonum & Magistrum averfantes.

Ericus, XXIX. Junii, coronatus Upsaliæ, Comites III. Barones VI. & XXXIII creavit Equites, atque Revalienses amplissimis promissis & donis oneravit.

Mercatoribus etiam Vandalicis, vetera promisit in regno Sueciæ privilegia; non tamen deinceps illis permittit, ideoque hostes illos experiebatur.

Sicut & Polonum, qui cum ipso per legatos, mense Julio, propter subactionem Revaliæ graviter expoſtulavit, æquas facti sui causas demonstrante; non tamen adversarium mitigante.

Crucigeri, armis Sueonum compulsi, acropolin illis dederunt Revaliensem, & mense Augusto, eandem recuperare molientes, profligabantur.

Quo tempore Pontifex Romanus, expedito in Sueciam legato, Ericum nequicquam admonuit, avitæ in regno instaurandæ religionis, sic reor.

Ericus, quoque legatis emissis, cum Gallo foedus restaurat, non Moscho, qui Svecos ob Estoniam increpitos, cum responso minus amico, domum remisit.

Danus insuper rogatus, securum Sueco consobrino transitum per regnum concessit, & simul admonitus de Sueonum jure in Scaniam, ternasque Coronas, respondit secus cautum esse in transactione Bremsebrogenſi.

Ericus propterea non fidens Friderico, navigare in Angliam statuit, & autumnii tempore Ludosiâ in altum provectus, tempestate in portum repellebatur.

Interim

Interim ferro Suecus in Estonia non infeliciter belligerat, & auro simul pugnaturus, illo Parnaviam à Crucigeris emere satagit; sed à Magno Vichiam, aureis promissis.

Ità spe tenens Livoniam, & propter hanc sibi Danum, Polonum & Moschum, hostes fore prospiciens, nobilibus regni convocatis Jenecopiæ, gravia nimis servitia injungit militaria, & plurimum illos offendit.

Johannes prudentius suis providet rebus, qui Finlandiam pro Ducatu adeptus, ut fratrem minus domi, & Moschum foris fortè timeret, postulatâ in conjugem sorore Poloni, tale cum eo fœdus decrevisse pangere, fertur.

Nec repulsam passus, futuro affini plurimum indigenti, & petenti, arcibus Livoniæ quibusdam in pignus acceptis, CXXIV millia thalerorum mutuavit, unde fratri non parum suspectus factionis evasit.

MDLXII. Moschus novâ compellatus Sueci legatione, biennialibus consensit induciis, ut interea suas in Livonia firmaret arces, Danum ad se pertraheret, & Suecum Polonumque bello exhaustos, Livoniâ facilius postea exueret.

Verum Suecus altera in Daniam legatione nihil proficiens, ideò forsitan quod Johannes Dux tres coronas nuper ex prora navis Danicæ sub Stocholmia excindendo Fridericum offendisset, & ille præterea ad contractum provocaret Bremsebrogensem, tertiâ consobrinum compellat, quâ omnis fermè transigitur lis, præter illam de insignibus, judicio amicè discutiendam.

Mercatores Vandalici, suâ frustrati spe de veteribus in Suecia privilegiis obtinendis, & insuper prohibiti, cum Moschis alibi, quam Revaliæ ac Wiburgi negotiari, edicto non obtemperantes, mercibus spoliati, cum Erico precibus frustra egerunt, & proinde coram Imperatore ac Electoribus, illum violati gentium juris, in totius detrimentum Europæ, accusarunt; Sed ille per legatum Ferdinando se luculenter excusavit.

Parnavienses à Sueco hætenus acerrimè impugnati, & ope Magistri ac Poloni prorsus destituti, cum magno rerum suarum augmento, se illi dederunt.

Ericus, Johanne fratre sequestro, confidens se Polono facilius reconciliatum iri, consentit, ut ille Catharinam ejus sororem acciperet conjugem, & connubium literis promovet.

Quâ fretus Dux licentiâ, virginem per legatos sibi desponsavit, prius Moscho justis de causis negatam, & Vilnam ad nuptias abiturus, prohibetur ab Erico secus jam persuaso; ast nihilominus veniâ nixus priori, iter arripuit, peractisque IV. Octobris die nuptiis, Finlandiam securus repetivit. Quem interim frater pluribus seductus suspicionibus, ob mutuatum Polono argentum præcipue subortis, coram regni ordinibus rebellionis accusavit.

Cæterum inconstantissimus fuit interea rex Ericus in suo matrimonio; Nam inchoato carè nimis cum Angla omisso, non minus carè apud Scotam, & simul Lotharingam procatur, hanc fortassis ambiens propterea, ut cum proneptis esset Christierni, cum ea soceri in Daniam & Norvegiam acquireret jurisdictionem, affinisque amicitiam Imperatoris; utraque tamen mox posthabitâ, primam denuò expetere statuit, quod majus ex Anglia in hostes expectaret subsidium.

Christophorus, princeps Megapolensis, Elizabethâ Regis sorore sibi desponsatâ, Suecico impugnat exercitu Archiepiscopam, seu diocesin Rigensem, in ea vasallus Sueci futurus.

Sed alius Sueonum exercitus, autumnii tempore, Huitensenum expugnavit, & ita Ericus dominium Estoniae adeptus, Comitem Suantonem, in illa constituit Governatorem.

Polonus & Moschus, fortunæ Sueci succensentes, Danum per legatos ad fœdus in illum secum pangendum non difficulter permoverunt; cui & Lubecenses, à Dano persuasi, accesserunt.

Ericus tantam intelligens conspirationem, Dani perfidiam detestatur, & fratrem habens ejusdem suspectum factionis, suæ invigilat defensionem.

Nicolaus, III. Antistes Evangelicus Stregnensis.

Johannes, III. Arosiensis.

Paulus, III. Ripensis.

1563. MDLXIII. Seucus à tot foris se hostibus impetendum probè animadvertens, domesticos quantocius compescendos statuit; Et propterea invitatus principio anni, fratris ad repotia, comparere abnuvit. Sed illum factionis accusatum, & Stocholmiam ideò citatum, nec accedere absque fide publica sufficienti volentem, ineunte vere, per tempus trimestre obsedit.

Interea captos & tortos aliquot Ducis famulos, coëgit in dominum quædam comminisci scelera, quæ morituri revocarunt; Nihilominus tamen Johannes vehementius impugnatur, qui petatum ex Polonia & Prussia subsidium expectans, se alacriter Abogiaz defendit.

Ericus, ut Moscho, Lithuaniam modò propter negatam Catharinam impugnantem, & triumphanti colligatus, illis prævaleret hostibus, binis Tyrannum legationibus, de fœdere secum in Polonum pangendo compellaverat.

Idem ab Imperatore admonitus, ut Narvicam mercatoribus Vandaliaz indulgeret navigationem, V. Martii rescripsit, ostenditque, quam perniciosam toti esset illa Christianitati.

Danus Sueci exploraturus animum, legatis eum mense Februario invisit, & singularem illi amicitiam promisit. Cui ille confidens, & Langravii filiam modò conjugem expetens, Legatos per Daniam, non impetratam fide à consobrino publicam, expedit.

Quos Fridericus in negotio Daniae pernicioso missos submetuens, & à legato ex Suecia reverso, non fidendum esse Sueco intelligens; insolentiam tamen illorum prætendens, per biennium victos retinet, licet mox ab Erico violati gentium juris argueretur, & de captivorum liberatione admoneretur.

Flagrante inter Polonum & Moschum in Lithuania bello, exercitus Suecicus VIII in Livonia expugnavit arces, & rex Sigismundus propterea excandescens, IX. Aprilis, hortatur Lubecenses, ut junctis cum Dano armis, Suecum mari compescerent, dum ille terram eundem in Livonia adoriretur.

Porrò victor Sueciae miles hinc non conterritus, sed magis animatus, & niceteriis à Rege donatus, mense Julio, Habsaliam Magno eripit, Vichiamque ejusdem fœdè diripit. Atqui Lodium Sueci postea minus feliciter impugnarunt, & Lealiam imprudenter amiserunt; quam tamen mox recuperarunt, & hostem profligarunt.

Quandò Christophorus Megapolensis, cum alio Sueonum exercitu Archiepiscopum oppugnans Rigensem, & superatus à Polonis, quinquennali tradebatur custodia.

Verum Castellanus arcium, ad Johannem Ducem pertinentium, illas Moscho prodere molens, ipsemetque proditus, Rigæ mactabatur.

Moschus

Mofchus, ut totam facilius Livoniam auxilio Dani subjiceret, & incolas Germanum expetentes dominum, alliceret, subdolè per Legatos cum Dano concludit, ut Magnus ductâ uxore Ruthenicâ, Rex fieret Livoniæ, & vafallus solum Mofcoviæ.

Hinc tamen rex Fridericus immodicè animatus, sicut etiam ob fœdus cum Polono & Lubecensibus, & quod Suecus domi forisque bello esset implicitus, statuit mercatores de illo querentes, & vectigal in freto solventes, Narviam & aliò deducere.

Quod etiam fecit primo vere, XVI. navium classe in Balchicum emissâ. Suetica verò XII. constans navigiis, Legatos in Hessiam ituros transvectura, in hostilem, tempore Pentecostes, incidens, commisso prælio, capit prætoriam & tres alias, cum Admiralio & nongentis classariis, Stocholmiæ postea ductis in triumphum sat ignominiosè; reliquos cædit, aut fugat, nec alibi Danos infestans, Rostochium pergit.

Hessus, auditis legatis, poscentibus, ut virgo Regi mitteretur, si de pactis matrimonii non conveniretur, remittenda, conditionem non approbans, persuadet, ut connubium pacifico servaretur tempori, & procum monet, ut suo & Saxonis arbitrio intereâ litem cum Dano submitteret, Rostochii, XXIV. Augusti, ventilandam.

Nec suaforem respuens Ericus, tempore condicito imminente, Commissarios expedit, qui fidem publicam ex Dania non adepti convenientem, domi remanserunt; non Danici, qui, nostris non comparentibus, sicut & arbitri, dilabuntur.

Interim Danus à Sueco repræhensus ob præfatam maris infestationem, & sibi plus injuriæ allatum existimans, bellum decernit; fecialem mittit, XII. Augusti, aditum Stocholmiæ, & simul Lubecensis; classem LIV navium, quarum XIII. fuerant Lubecensium, emittit; militum XXVIII milia colligit; & illis, XXV. Augusti, obsidet Elsburgum Vestrogothiæ; ac hujus incolas, totiusque regni, literis famosis publicatis, sui admonet juris in Sueciam; Gustavum & filium onerat calumniis; rebelles infestat, alio etiam producto exercitu in boreales Sueciæ populos ex Norvegia ante belli denunciationem.

Ericus Danicæ non ignarus molitionis, domestico hætenus invigilavit tumultui componendo, & XII. Augusti, potitus Abogiâ, magis arte quam marte, fratrem cum uxore & sectatoribus captivum duxit Stocholmiam; ubi coram regio judicio ille perduellionis accusatus, ad Imperiale provocavit tribunal, & nihilominus sententiâ per Regem violenter extortâ, morti adjudicatus, cum perpetuo tamen carcere commutandæ, quadriennio & binis mensibus Griphisholmiæ, cum uxore liberisque detinebatur.

Verum plurimi servitorum & fautorum, mox supplicio afficiebantur. Magnus autem Ostrogothiæ princeps, promissum nactus, quod Erico sine liberis forsitan decedenti esset successurus, fratris subscripsit captivationi, tantumque indè morsum sensit conscientiæ, ut in mentis inciderit alienationem, nec convaluerit.

Suecus itâ domi securus, in Danum arma convertens, cum triplici pergit in eum exercitu, videlicet uno per Smalandiam, altero per Vestrogothiam, & tertio per Vermelandiam; sic tamen, ut hostem Elsburgo abeuntem, non prius, invadat.

Ideò rex Fridericus de insidiis forsân admonitus, vel ob brumæ sævitiam compulsus, deditumque nactus Elsburgum, XI. Octobris, in DANIAM reduxit exercitum.

Ericus ita delusus, Halmstadium & Bohusium vano impugnavit conatu, & propterea miles hosticum deseruit vastatum, a Danis insperate supervenientibus, in reditu non modicâ clade affectus, quam & illi non impunè tulerant, incurfatâ per Suecos mox horrendum Norvegiâ.

Quapropter Ericus, XXII Novembris, ovans Stocholmiam ingreditur, ubi XII. Decembris, Anna Regis soror, Georgio Johanni ad Rhenum Palatino, pompâ insigni copulabatur.

M. Paulus, IV. Præful Evangelicus Abogenfis.

1564.

MDLXIV. Ericus, tertiâ Lantgravium compellat legatione, super matrimonio filiæ, pronubo etiam annulo misso, pro VI. thalerorum millibus comparato. Sed ille nactus Sueci literas brevi post Angliæ de alio scriptas, & a Dano interceptas, cum indignatione paranymphos rejecit.

Sueci Lodium expugnarunt Livoniæ, non Bohusium Norvegiæ; Sed Stenvicsholmium, simulque totam provinciam Nidrosiensem, quam Claudius Bille, veris initio, minus honestè recuperavit, cognito nostrorum abitu; Quando frater illius a Smalandis fuit profligatus.

Danus belli pertæsus, Sueco transactionem litis obrulit, & passus repulsam, permovit Cæsarem, Bohemum, Gallum, Saxonem & Brunsvicensem, ut pacis illum admonerent. Verum quod Ericus limitaneo, pro consuetudine Scandiorum, non extraneo, causam submitteret colloquio, nihil factum, Danis, Polonis & Lubecensibus, cum sequestrium legatis, Rostochii per quadrimestre Suecos frustra expectantibus.

Interim verò rex Ericus, in Poloniam misso legato, Regi pacem Sigismundo obtulit, & illam non retulit, sicut neque victoriam de classe hostili. Hæc siquidem in Majo nostræ congressæ prætorix, classe reliquâ destitutæ, ipsam submersit incensam, capto Admiralio.

Cæterum mense Augusto & Septembri, Suetica insignem adepta victoriam, non paucas hostium actuarias & onerarias Narvâ redeuntes, armis obtinuit, & maris dominium hoc anno deinceps retinuit, hostili nusquam comparente.

Domi porrò Archipræful Sueciæ cum liquoristis, in sacramento Eucharistiæ, ob vini penuriam, aquâ mulsâ, vel purâ uti licitum esse contendentibus, victor quoque belligerat, & VIII. Julii, suæ opinionis publicat apologiam.

Novus Imperator Maximilianus, de religionis quoque concordia per Germaniam Bohemiamque restituenda sollicitus, dogma Romanum & Lutheranum, operâ D. Georgii Cassandri, cum primitivæ doctrinæ Ecclesiæ contulit, & inde sententiam protulit, quantum illud huic, & è contra, deberent concedere. Quam & postea Johannes Rex amplexus, Clero Sueciæ eandem studuit obtrudere, velut infallibilem religionis normam.

Suecus, Elsburgo non potitus per æstatem oppugnato, Norvegiam invasit & Scaniam, Blechingiamque. Atque in hac Lychebygium & Rotnebygium occupavit, Danis cladem vindicaturis ex Smalandia profligatis.

Danus itaque parum hoc anno terrâ vel mari lucratus, Pomeranum obsecravit, ut se interponeret sequestrum, nec recusavit, expeditis in Sueciam oratoribus.

Præcipuæ autem belli fuerant causæ, quod insignia Sueciæ, velut & provincias Danus, Gotlandiam, Scaniam, Hallandiam & Blechingiam sibi arrogaret usurparetque, imò & jus in totam sibi Sueciam vendicaret; Quod denique annis & opibus uterque floreret, ac neuter prius

incer.

incertam belli foret aleam expertus. Cæterum nocuit Sueco potissimum, quod foris domique multos nimis hostes in se lacefferet.

Is ob victoriam hoc anno relatam, Novembri mense, triumphans more Romanorum, ingreditur Stocholmiam; Quando & germanam Christophoro Badensium Marchioni solenniter elocavit Ceciliam; Sed novo fertur sororio, domum redeunti per Livoniam, machinatus interitum.

MDLXV. Legati Pomeranici, Suecum Dano reconciliare, & matrimonium cum Hessa renovare conantur. Sed hoc non successit; sicut neque illud, quod Ericus occupata vellet retinere.

1565.

Qui proinde arma corripens, Elsburgum & Bohusium impugnat, Hallandiamque & Sconiam tertio infestat exercitu acerrimè, ac non potitus arcibus, Norvegiam.

Ordines Regi concedunt, Upsaliæ congregati, mense Februario, ut indigenam duceret quam vellet uxorem, si cum nulla conveniret alienigenarum. Quando simul an Carolus Johanni, & Magno ceu infanti, in successione ad thronum præferendus foret, deliberatur.

Steno Ericius, quod bello flagrante esset ex Dania liberatus, factionis suspectus, carcerem in patria evasit difficulter.

Danus, in Aprili, Smalandiam incurfando, Scaniæ vindicat cladem, & sub Elsburgo repulsus, in Majo, Suecis prævaluit, indè profligatis.

Quando miles Erici Germanicus, quod non accepto plenè stipendio foret exautoratus, insigni fraude Parnaviensem sibi urbem subdidit, & armis postea castrum; Sed Revaliam frustra impetivit.

Classis Sueonum, XLVIII. instructa navibus, III Maij, progressa, partem hostilis perdomuit, Sueciæ comitatum ex Pomerania prohibentem, & reliquam persequens usque Hafniam, ibi jactat anchoras, Rege ac totâ urbe trepidantibus; vectigal ex advenis levat, & onerarias hostium mercibus plenas intercipit.

Abeuntem verò hostilis postea subsequens, & IV Junii, ac VII Julii, cum illa confligens acriter, utraque vice Amiralio, & multis classiariorum amissis, Oeresundium trepida laceraque repetit, nec prodit hoc anno, Suecis victoriâ, non tamen incruentâ, exsultantibus & mari dominantibus.

Fridericus hinc magnoperè conturbatus, per Carolum Danicæ, Galli perpetuum in Dania legatum, cum Erico de pace agit, & interim Vestrogothos truculenter invadit, proptereaque legato rejecto, hosticum, immenso stipatus exercitu, accedit.

Alium porrò in Livonia habuit, qui XIV. Augusti, hostibus Revaliam obsidentibus congressus, victor evadit. Sed cum illo Varberga impugnatur, & XXVIII. Augusti oppidum; Castrum verò, XV. Septembris, haud incruentè profectò expugnantur.

Hostis ita debellatus, & simul ex Smalandia profligatus, concursu iterum facto, Varbergum obsedit; ast Sueonum territus reditu, abscedit.

Verum illis acriter insequentibus, cum fugæ nullus daretur locus, Dani ad conflictum vertuntur, XIX. Octobris, in quo plus quam VI. hominum millia utrinque ceciderunt, & Sueci nec victi, neque victores facti, suo cum damno didicerunt, cum hoste desperato non contemptim esse pugnandum.

Danus indè magis animatus, missò iterum Danicæ ad Ericum, huic pacem non aliter obtulit, quam si sumptus belli vellet sibi refundere, terrâ marique ablata restituere, usum sibi trium Coronarum tantisper concedere, dum processu juridico fecus decerneretur, meritoque propterea exhibitus.

Alia proinde media Dani & Lubecenses pacis quæsituri, & hostem com meatu ex Vandalicis emporiis, quo maximè confortabatur, spoliaturi, Cæsarem permoverunt, ut illum suo prohiberet edicto, admonitione præmissâ.

Nicolaus Hemingius, dogma Calvinianum, libris editis, cœpit in Dania, nullo tamen gaudens successu, profeminare.

1566.

MDLXVI. Sueones Polonorum adventu territi, omiſſâ trimestri Parnoviæ impugnatione, invadunt Oeseliâ; Quibus hostes profligatis, Vichiam Sueciæ populantur.

Pestis quoque in Livonia & Suecia horrendum grassatur.

Sueci, XII. Martii, expugnatum invadentes Bohusium Norvegiæ, per accensum sub castris pulverem ab hoste tormentarium, cum gravi suorum clade repelluntur.

Idem vindicaturi cladem Suarteragensem, feliciter Gœdingenses Daniæ incurſarunt.

Nicolaus Sture, ob Suarteragensis suspectus, æque minus forſan, infortunium, ignominioſè per Stocholmiam triumphat; Sed mox gratiæ reſtitutus, in Lotharingia, Regis nomine, ſponſam flagitat.

Olaus Guſtavus, Nicolai confobrinus, alterius inculpatus ſceleris, mortem ægrè evaſit; propter utrumque tamen grave Rex contribulium incurrit odium.

Comes quidam ex Gallia, factionis cum Dano suspectus, maſtatur, & eandem propter, Smalandorum plurimi, destinantur neci.

Sed magè culpabilis quidam verſutiffimus, Enno Brunroch, qui factâ Regi ſpe certâ Norvegiæ ſubjugandæ, illi turpiter illuſit.

Sigismundus princeps in carcere Gripſholmenſi natus, XX. Junii, horâ V. pomeridianâ, XIV Julii fuit baptizatus.

Quo etiam tempore Guſtavus, ex concubina genitus regi Erico, matri, ut regina evaderet, præbuit occaſionem.

Iſabella Ducis Johannis filia, demoritur, Stregneſiæ ſepulta.

Clasſis Sueonum formidabilis, XXIII. Maij, egreſſa, XXVI Junii, Dano præripit vectigal in freto Danico, & ab eadem hoſtilis, XXVI. Julii profligata, naufragium poſtridiè ſub Gotlandia patitur.

Quandò Veſtrogothiam Dani vaſtantes, in reditu à Suecis inſigniter profligantur.

Claudius Chriſtierni baro, & polemarcha Sueonum, IX Septembris, obiit.

Halmſtadium, XXIX. Septembris, Sueci obſident, & cognitio hoſtium inſidiis, accolis inſeſtant, inque hyberna concedunt.

1567.

MDLXVII. Excubiæ Livonum Polonicæ, à Suecis inopinatò profligatæ, ſe colligunt, & binis noſtratium milibus, II. Februarii, malè multatis, Vichiam & Harriam foedè vaſtarunt.

Ex ſvaſu Ennonis, Sueci Norvegiam ſubdituri, XIV. Februarii, Hammarhuſio potiuntur, & XXIV. Achershufium obſident; ſed initio veris, cum mars favere inciperet, domum revocati, Hedemarchiam & Vichiam inflammant.

Imperator magnoperè rogatus, litem Danorum, Polonorum & Lubecenſium, cum Suecis, Rheno Palatino ac Pomeraniæ Ducibus, menſe Martio, Stralſundii decidendam ſubmiſit, noſtris comparere nolentibus.

Quandò Nicolaus Sture, ex Lotharingia fortè reverſus, quod Stralſundii cum partibus eſſet locutus, Rex domi Ericus ſibi perſuadens, Stureos ope Danorum & Polonorum, affectare ſceptrum, variè ac neſariè huic eos crimini alligare ſatagit.

Suanto

Suanto Sture, licet, XIII. Maij, esset in Suartefiogo insons declaratus, tamen indè post quatrimum captivus Upsaliam missus, XIX. Maij, ille & filius Ericus, Steno Ericius, Abrahamus Gustavius, ac Jvarus Jvarsonius, absentes coram Regni Ordinibus, dictæ factionis, denuò frustra infimulantur.

Nicolaus Sture, non ignarus tragædiæ, huc XXI. Maji peregrè reversus, mox truditur in carcerem; Hinc tamen Rex, sicut etiam ex rigidis nuper inquisitionibus, ipsum & reliquos esse innocentes liquidò cognoscens, gratiæ restituendos censuit.

Propterea XXIV. Maji, captivos ipsemet invisens, culpam deprecatur; offensas condonat, & filiam Suantonis sibi sponsam obsecrat, humilimeque ab illis dimissus, castro egreditur.

Sed protinus alieno, vel proprio instinctu regressus ad Nicolaum, suo ipsum pugione vulnerat, à regis mox satellitibus trucidatum.

Actutum, velut lymphatus, per aliam excurrentem portam, & indignans, ab insequente Dionysio Beureo præceptore argui se tyrannidis, mandat ipsum trucidari, nuncioque simul ad castrum remisso, plerosque captivorum.

Quapropter, XXV. immissi percussores in carceres, Suantonem Sture, Ericum Sture, Abrahamum Gustavium & Ivarum Ivarsonium, Comites, Barones & Equites, iniquissimè truculentissimeque peremptos, in quodam per XIV dies occultarunt cellario.

Postridiè Georgius Pederfonius, tragædiæ choragus, cogit ordines in templo constitutos, cædisque ignaros, non lata, nec approbata, neque semel lecta, in proceres occisos mortis subscribere sententiæ.

Hactenus vero Ericus, tanquam furiis agitato, deserto satellitio, & habitu agresti assumpto, solus per triduum sylvas, velut Nebochodonesar, obvagans, XXVII. Maji die, proditur Odenfalæ.

Nec profuso satiatus cruore, fratri necem Johanni meditatur, & Catharinam ipsius conjugem, Tyranno Moschorum transmittere, aliàs sæpè postulatam, ita certam in hostium quoslibet ab illo opem habiturus, deque hac infanda re mox eo perscripsit; atqui sperato scelus utrumque successu frustratur.

Nihilominus emanante cædis famâ, magnam præ se ferens contritionem, quando Stocholmiam, III. Junii, ingrediebatur, cœpit occisorum viduas, liberos & contribules donis ac precibus placare, culpamque Georgio Pederfonio imputare omnem.

Qui propterea, & quod prætereà inscio Rege CXX. insontes homines necari curasse diceretur, morti adjudicatur, uxorque, quod ea concubinam Regis falsò veneficii arguisset.

Inde tamen novam apud cæsorum agnatos procerum, Rex offensam incurrit, quod cum Upsalæ, VIII. Junii, sepulcro traderentur, illos proditoris reos, præconis voce proclamasset.

Danus, Sueonum animatus discordiâ, bello se accingit, illis propediem inferendo; & ideò Ericus omnem domi concordiam renovaturus, XXX. Julii, de liberatione cum fratre deliberat captivo.

Ac licet protinus adveniens Moschi Legatus, cum inhumanissima sua petitione, liberationi Ducis obstaculum aliquantisper poneret; tamen Rex, adventu hostium percussus, XXII. Octobris, fratrem libertati restituit, non sat æquis obligatum conditionibus.

Quando adventantibus Danis, & per Gothiæ regnum grassantibus, Comes Petrus & Hogenschildus cum exercitu obviam missi, omnes illis vias sic occluserunt, ut nec progredi, neque regredi valerent.

1568.

Jacobus, IV. Præful Scarenſium Evangelicus.

MDLXVIII. Miſſus per inſia ſylvarum nunciuſ ab hoſte in Daniã, & cum exercitu remiſſus, ut cæſis viarum obſeſſoribus, ſecurim pararet ſuis reditu, à Sueciſque proſtigatus, cum paucis remeavit.

Unuſ captivorum, promiſſã Suecicis polemarchiſ ſideli operã, perſuadendo Germanicis hoſtium copiis fugam ad Suecoſ, ab hiſ velut profuguſ, ad Danos ſeceſſit.

Hoſtiſ non ſuis indormiẽs rebus, XV. Januarii, Norbygiẽſia Sueonum caſtra inſperatuſ oppreſſit, & inſigni onuſtuſ præda, mox receſſit.

Quando acta Sueonum nactuſ caſtrenſia, proditorẽ indẽ cognitu, XXII. Januarii, afficit ſupplicio, & aliaſ ſibi parataſ ſimul intelligẽs inſidiaſ, poſt biduum quantociuſ Daniã verſuſ contendit.

Polonuſ nuper factuſ certior, de libertate Ducis Johanniſ, XXV. Januarii, eam illi gratulatur.

Dani per occulta viarum compendia trepidi pergentes, ſub Echeſiogo pluſ quam tria ſuorum millia, & DCC. curruſ prædiſ onuſtoſ, amiferunt.

Hogẽſchilduſ, cum aliquot equitum turmiſ tali antegreſſuſ conſilio hoſtem, ut eum à fronte diſtineret, dum Rex cum toto inſequeñſ exercitu, illum à tergo invaderet, captivatur, cum XVIII. Sueonum aliis non ignobilibuſ.

Sueci, Danuſ itã domum reverſoſ, magnoperẽ indignanteſ, hoſticum populantur; non tamen ſub Engelholmio impunẽ.

Ericuſ metu hoſtium externorum & internorum ſic liberatuſ, ſuaſu Georgii Pederſonii, officio nunc reſtituti, reſcindit pacta cum fratribuſ & viduiſ, cæſorumque agnatiſ procerum conventa.

Johanneſ & Caroluſ, regni principiſ, inſuper morti cum nonnulliſ procerum, in regiis adferendã nuptiis, deſtinati, tyrannuſ ſolio exturbare decreverunt.

Ericuſ hujuſ ignaruſ conſpirationiſ, conſenſum extorquet à fratribuſ, & Ordinum reliquiſ, ſuo minus convenienti matrimonio, cum concubina celebrando, illoſque amanter ad nuptiaſ invitã.

Duceſ conſilio & auxilio freti cognatorum, quorum primariuſ fuit Steno Ericiuſ, avunculuſ, & agnati cæſorum optimatum, Poloni ope ſemeltreſ impetrant à Dano induciaſ; Germanicum fratris militem ad ſe clãm pelliciunt; belli nervum contrahunt, & fœduſ ineunt, quod ſceptruſ nactuſ, vellent pari regnare poteſtate.

Polonuſ, velut ſociuſ molitioniſ, initio veriſ, XII. claſſe navium, fruſtra Revaliam impugnat.

Anna, Duci Johanni filia naſcitur, XVII. Maij.

Nuptiã regis Erici cum Catharina, & Magni in Saxoniã Ducis cum Sophia Regiſ ſorore, IV. Julii die, celebrantur Stochołmiã, Ducibuſ ſub quodam prætextu ſe abſentantibuſ.

In hiſ Achatiuſ Benedictuſ, Johanneſ Kyle, & bini ſponſã regiã avunculi agricolã, creantur Equiteſ.

Aliquot poſt diebuſ, Rex literiſ fratrum ſeriõ admonituſ, ut patriſ ſtareſ Suartefiogenſibuſ; æquiuſ regnaret, & Georgio non auſcultaret, accerbiuſ reſpondet.

Ideõ bellum ipſi denunciatur, hiſ quidem de cauſiſ; nempẽ ob captivatuſ quadriennio fratrem ſine culpa; ob procerum cãdem inſontium; ob novã in ſuiſ nuptiis præparatã; ob indecẽſ cum pellice conju-

connubium; ob restitutum officio Georgium; & denique, ob impiam cum Moscho molitionem.

Sueci Livoniam impugnant, capto Sonnenburgo, & cognito patriæ statu, inducias cum hoste paciscuntur, ac revertuntur.

Duces, classico cantato, castrum Vastense, XII. Julii, & ibi simul Magni thesaurum fratris; XV. Stegeburgense, ac XXIX. Julii, Lechense, occuparunt, à Gothisque fidelitatis ubique susceperunt juramentum.

Ericus convocatos Stocholmiæ Sueonum alios, XXVIII. Augusti, denuò sibi obligat, & de transactione cum fratribus frustra consultat.

Ideò arma quoque corripit, & cum appropinquante hoste sæpius velitat, Nycopiâ etiam incensâ. Sed tamen ille prævalens, Upsaliam peruenit, XI. Septembris, ad quem multi, Rege deserto, optimatum profugerunt.

Duces, XVII. Septembris, Stocholmiam accedunt, & hinc terribus Rex, postulatum ab illis Georgium, ceu omnis discordiæ consultorem, postridiè dedit.

Is quòd factus sub tortura, Ericum, inflammatâ Stocholmiâ, & spoliatâ, fugam cum regni thesauro classeque in Moscoviam meditari, XXI. Septembris, urbem & arcem impugnare cœperunt, quibus cum eminus cominusque Rex aliquoties confligit.

Victoriæ porrò & fugæ diffidens, thesaurum abscondit, hætenus non inventum, & literis flagitat opem Dani consobrini frustra.

Georgius Pederfonius, XXII. Septembris, promeritas flagitii, & mater veneficii, luerunt pœnas.

Stocholmenses perculsi, Regis machinatione, & Ducum oppugnatione, illi palàm subjectione renunciatâ, his XXIX. Septembris, portas urbis recluserunt.

Ericus igitur suis omninò rebus diffusus, vulnerato lethaliter per satellitem Stenone Ericio, se fratri Carolo captivum obrulit, & honestam obsecrat custodiam.

Miles, insciis Ducibus, in legatos Moschi furiosè desævians, diuturno & cruento præbuit bello occasionem.

Johannes, XXX. Septembris, Stocholmiam cum triumpho ingressus, & protinus rex salutatus, Carolum offendit fratrem, à consortio regiminis, contra pactum, ità exclusum. R. S. 107.

Quandò, rei cædis Upsalensis, ipsam morte luerunt, sicut & ficarius Stenonis.

Steno autem, V. Octobris, moriens, Upsaliæ postea humatur, & comes à Rege novo creatur.

Johannes, VI. Octobris, cum Moscho literis exoptulat de impia legatione; suum & Erici statum illi significat, ad pacemque invitat.

Sed pacem cum Dano antea factam, prorsus recusavit, quòd ille promitteret refusionem sumtus bellici sub induciis in militem facti; utrumque permitteret coronarum; navium in bello captarum restitutionem; & jus Sueonum in quasdam Daniæ, Norvegiæ ac Livoniæ provincias iniquè concederet.

Gatharina Johannis consors Stocholmiam delata, VII. Octobris, reginâ proclamatur, proque bonis vitalitiis, Oelandiam, & partem Ostrogothiæ consequitur.

Totum denique regnum Rex novus perlustrat; arces subjugat; Estoniam occupat, & comitia publicat, injustaque abrogat omnia.

MDLXIX. Ordines Stocholmiæ congregati, XXIV. Januarii, auditis Erici

Erici dejecti, & Johannis electi causis, hujus electionem, ac illius dejectionem concorditer approbarunt.

Postridie ab ipso Rege novo benevolè compellati, offensas omnibus condonante, & causas litis suæ cum Erico promulgante, denuò illum repudiatum cum liberis, custodiæ adjudicarunt perpetuæ; sententias ab eodem latis in quoscunque, antiquarunt, & omnem Georgii Pederfonii sobolem, officiis regni excluderunt; sicut etiam cum Dano pacem, dictis conditionibus, recusarunt.

Ericus, XXVI. Januarii, præsentatus judicio, & frustrà se conatus defendere, regiâque privatus dignitate, carceri denuò adjudicatur.

Quo simul die Dux Carolus, Johanni, hujus uxori & liberis, se obligavit firmissimè; Idem postridie Ordines fecerunt.

Moschus, Februario mense, literis suam excusat ad Ericum legationem, simulansque se pacis cupidum, legatos obsecrat dimittendos.

Moniales S. Birgittæ Revalienses, novæ auxilio Reginae, fundos ab Henrico Claudii recuperant.

Ericus, IV. Martii, apud fratrem libello supplicii conqueritur, de sua inhumanissima custodia.

In qua deinceps globo fermè trajectus fuit ab Olao Gustavo, fratris necem ita non satis legitimè ulcisci volente.

Moschus Livoniæ meditans subactionem, minis & blanditiis Revalensium frustrà inprimis tentat animos.

Dux Carolus, IX. Maji, confirmationem super Ducatu, juxta donationem paternam, obtinuit.

Johannes, & uxor Catharina, X. Julii die, solenniter Upsaliæ inaugurantur.

Quando insignia quædam Rex condidit statuta, habitum & mores Cleri emendantia, festumque Transfigurationis Dominicæ revocantia.

Johannes rex, magis Romano quam Lutherano addictus dogmati, paulatim illud huc reducere meditatur.

Idem fraude hæctenus Moschi pacem simulantis, seductus, de hac cum ipso acturos misit legatos, XXI. Julii, & illius simul remisit.

Qui, suis receptis, nostros tot annis, mensibus, diebus & horis in custodia retinet inhumanissima, quot sui fuissent interea, ob captivum Ericum, non obtentam Catharinam, & Livoniam, bello se accingit.

Danus non alias volens pacis condiciones quàm præfatas, nec eas obtinens, initio autumnii, Varbergum Hallandiæ obsidet.

Vicissim Sueci Scaniam invadentes, tantâ illam clade affecerunt, ut Dani etiam hodie illam lugeant.

Daniel Ranzovius, XI. Novembris, à Suecis caditur sub Varbergo, & hoc Dani, IV. Decembris, fraudulenter recuperarunt.

Qui deinceps Vestrogothiam invadentes, inde profligantur.

Paulus, III. Episcopus Roschildensis Evangelicus.

MDLXX. Claudius Kurfelius, Suetici ductor exercitus in Livonia, Regem non metuens, domi bello distentum, & nec sibi nec commilitonibus salaria esse numerata prætendens, arcemque Revalensem Moscho vel Dano, aut Polono, sub prætextu hypothecæ occupatam, posse cum suarum incremento rerum maximo prodi eam considerans, capto per dolum Governatore, VII. Januarii occupavit.

Quando Moschus subdolè molitur Principem Holsatiæ Magnum, trantisper Regem Livonibus imponere, dum per eum, velut his gratiorem occuparet provinciam. Nec gravatim frater, Daniæ Rex, doli ignarus

Moscovitici, contentit, quod speraret se Sueco ita prævaliturum, & priscum in Estoniam jus, temporis progressu, recuperaturum.

Magnis personatus Livoniæ Rex, Kurfelio Revaliæ prodicionem pollicenti, opem in Suecos promittit.

Danus, in Februario, Smalandiam, Wexioniâ simul conflagrante, & Suecus Norvegiam, populantur.

Initio veris, arcem Sueci Revaliensem quodam etiam recuperantes stratagemate, Kurfelio & sociis in vincula coniectis, hostes mœrere afficiunt.

Claudius Kurfelius, III. Junii, mortem subiit Revaliæ, non complices, quos Dux Carolus suâ liberans intercessione, factionis se exposuit suspitioni.

Moschus interim à Sueco admonitus remittendorum legatorum; contra gentium jura captivatorum, renuit, & turpibus illum onerat, ratione natalium, calumniis.

Quo magnus tempore, in Moschoviam profectus, rex Livoniæ plausibilibus appellatur conditionibus, & mox Revalienses literis admonens, ut Sueco deserto, se dominum agnoscerent, contemnitur, ideoque ad arma per Moschum convertitur.

Lealia Kurfelianis à Sueco eripitur, & propterea Vichia Sueonum à Moschis fœdè diripitur.

Circa eundem, Ericus Rex Stocholmiâ translatus Abogiam Finlandiæ, ibi traditur custodiæ cum uxore & liberis, præter Gustavum, qui regno emissus, variis deinceps fortunæ inclementioris jactabatur tempestatibus.

Nuncius in Ruffiam regis Johannis hoc tempore, clam Abogiæ ab Erico persuasus, ut fertur, Moschum ad ejus, velut propter ipsum captivati, impulit liberationem.

Suecus & Danus bellorum hæctenus pertæsi, Cæsare, Gallo, Polono & Saxone arbitris delectis, litem illis submitunt, cujus ventilatio Stetini, Calendis Julis, inchoatur.

Magnus, plurimis Ruthenorum millibus stipatus, XXI Augusti, cœpit Revaliam & Huitenstenum impugnare; illiusque incolæ, XXIX. Septembris, insignem ex Suecia nacti commeatum, XXX septimanis, se fortiter defenderunt.

Transactio Stetinenfis, XIII. Decembris, post varias utrinque altercationes, ita consummatur, ut Suecus suo in Gotlandiam, Sconiam, Hallandiam & Norvegiam; Danus autem juri in Sueciam, renunciarent; hicque navibus bello captis, & CL. millibus thalerorum, propter suspensam in gratiam regis Johannis antè biennium arma, potitus, illi restitueret Elsburgum, & tantisper tribus uteretur coronis, dum Academicâ victus Rostochii concertatione, vel aliter eas omittere cogeretur.

Gudbrandus, II. Episcopus Evangelicus Holensis.

MDLXXI. Moschus, Januario & Februario mensibus, Livonum reliquos ob contumaciam Revaliensem & Huitenstenensium, novo vastat exercitu.

Johannes Rex, & Dux Carolus, XXIV. Februarii, subscripserant transactioni Stocholmiæ Stetinenfi.

Hoffis, XVI. Martii, solvit obsidionem Revaliensem & Huitenstenensem, IX millibus suorum ibi amissis; ideoque Finnos & Livones velut procella ingens pervasit.

Moschus, Erico, se ac totum Sueciæ regnum illi subdere velle spondenti, opem pollicetur.

Quando regi Johanni nimium arroganter respondens, illius retentos esse Legatos, quod nollent legationem apud Novogardensem deponere Castellani, & sui forent inhumaniter in Suecia tractati, mandat, ut aliis eò missis Oratoribus, cum Novogardensi transigeret dynasta, nomine Finlandiæ; Sed cum Magno rege, quoad Livoniam, nec tantum dominum, quantus ipse esset, præsumeret ea in re amplius sollicitare.

Tartari à Sueco & Polono instigati, principio veris, Mosquam, cæsis in illa XXX hominum millibus, populabantur, & Tyranni pro Erico liberando expeditionem aliquandiu sic remorabantur.

Classis octo navium, XIX. Aprilis, Dano, & Elsburgum, VII Junii, Sueco, pacti vigore Stetinensis, resignabantur.

Dani cum Suecis in collimino regnorum de tribus disceptantes Coronis, prorogationem actionis impetrarunt.

Tum Reges Johannes & Fridericus, velut domini maris arctoi, foedus ineunt de pellendis inde piratis.

Sueci Germanos, Mosco & Holsato adherentes in Livonia, mense Julio, profligarunt.

Johannes rex, XVII. Julii, Moschum confutans, demonstrat, quod nec ob legatos hic retentos; nec quod nostri cum Novogardensi nollent transigere toparcha; neque ob Estoniam; vel captum Ericum, haberet justam Suecos impugnandi causam; monetque, ut cis diem S. Michaëlis, se resolveret, pacem nè an bellum vellet?

Idem, ex conversatione Catholicorum, magis horum quam Evangelicorum inclinatus doctrinæ; & proinde illam reducere moliens, suavit, ut reor, regni Archipræsuli, ut Ordinantiæ non magnoperè Catholicis adversantem, publicaret.

Synodus Upsaliæ celebratur, in qua Ordinantiæ approbata; religio simul Evangelicorum, qualis modò flourer, jussu alterius sectatore infra annum regno excedere; & matrimonia proscribentur consobrinorum.

Herbestus, Catholicus Reginae concionator, proprio & alieno in vulgus scripto sparso, Lutheranos vehementer oppugnat, & responsum nactus Archiepiscopi, nè tumultus oriretur, aliquandiu siluit.

Johannes Rex, Caroli fratris Ducatus, XXIX. Augusti, Vasbogensis & Vallengensis, territoria Vestrogothiæ, adjecit.

Magnus & Livones Moscho adherentes, fraude illius serò nimis intellectâ, defectionem frustrâ machinantur.

Dorothea, Regis mater Danici, VII. Octobris, mortua, Roschildiæ humatur.

Quando Moschus intolerabili respondit contemptu Regi Sueonum; asserens non minus impossibile fore pacis utrinque constitutionem, nisi cum Novogardensi fieret Castellano, & rege Magno, non parum nobilioribus rege Johanne, quam hic existimaret, Catharinæ aliquandò fore ad Ruthenos translationem.

In Decembri, eadem repetens ille mortalium superbissimus, addit, nisi ante Februarii Calendas Suecus obtemperaret mandatis, se totum Sueciæ regnum protinus in solitudinem esse redacturum.

1572.

MDLXXII. Moschus, VII. Januarii, leges pacis admodum impudentes & intolerabiles Sueco præscribens, demum se resolvit, quod istis ommissis, in gratiam cum illo paratus esset redire, conditionibus quidem tolerabilioribus, si totam prius Estoniam sibi assignaret, tempus deliberandi usque Pentecosten habiturus.

Erici

Erici fautores regis, à Moscho ipsum certò liberatum iri sperantes, & seditionem domi per incendia machinantes, flammis XXIV Aprilis, Upsalæ, & postridiè subdiderunt Enecopiæ, nec porro grassari permittebantur.

Ericus in Sueciam circa eundem reductus, ne à Moscho Abogiaz liberaretur, inprimis Griphisholmiæ, dein Arosiæ, ac tandem Oerebygiæ, sat arctè custodiebatur.

Tyrannus Moscoviæ, nullum ex Suecia responsum nactus, ut neque novos hinc oratores, in Maijo & Junio, per literas regi Johanni minatur excidium regni denuo.

Idem, Magnum sibi magis inescaturus, & per illum Livonibus mox impugnandis, facilius iugum impositurus, ipsi cognatam, in Russiam vocato, uxorem obtulit.

Fridericus rex, Magni frater, cum Sophia Udalrici ex Magapolia Ducis filia, XX. Julii contraxit matrimonium.

Ast, XVIII. Julii moriens Sigismundus rex Poloniæ, competitorem throni habet sororium Sueciæ regem Johannem.

Moschus à Polonis ceu Rege orbatis, & Tartaris velut confederatis, inducias facilius obtinens, indeque factus animosior, Suecum statuit obruere.

Johannes rex proindè nec suis indormiens rebus, misso in Scotiam & Angliam Carolo Mornæo, insignem ibi militem acquisivit hoc tempore.

Quando Angla proco miserta Erico, ferrur persuasisse Mornæo, ut Britannicis in regem Johannem copiis conversis, Ericum, ceu pristinum dominum, restitueret libertati.

Altero Augusti die, Johannes Rex literis mendacia confutans Moschi, clarissimo, nobilissimo & vetustissimo se ortum genere demonstrat, & nisi prius captos reciperet legatos, tyrannusque vellet transactioni adesse ipsemet, non se pacis cupidum, significat.

Tyrannus, his non acceptis, XI. Augusti, bellum longè horribilius Sueco denunciat, ceu mandatis suis obtemperare tergiversanti.

Carolus Sudermanniæ princeps, Ductor exercitus contra Moschum futurus, refricatâ veteri cum Rege fratre controversiâ, domi remansit, cum maximo rei communis & propriæ damno, quòd multis ideò molestiis fuerit publicæ diu impetitus.

Claudius Achatius & Pontus De la Gardie, vicem Ducis gerentes, Septembri mense, Livoniam Moschi, & Russiam finitimam, longè lateque vastarunt.

Johannes rex, ut hosti nimis arroganti prævaleret, in Octobri missis in Poloniam legatis, regnum illud conditionibus Poloniæ magis quam Sueciæ utilibus, expetivit.

Sueci tantum IV millibus constantes, XVII. Decembris, iterum hostico se accingentes populando, à superveniente in Livoniam Moscho cum LXXX millibus hominum, repelluntur.

Hostis, XXVII. Decembris, Huitenstenum obsedit cum parte copiarum, & cum reliquis in Harrienses, Jerviensesque, convivis per festum intentos, horribilis grassabatur.

MDLXXIII. Calendis Januariis, Tyrannus capto Huitensteno, horribiliter in præfidiarios desæviit ibi, & in Aula interceptos nova, talique elatus victoriâ, impudentioribus solito regem Johannem literis compellavit.

Deindè cum una exercitus parte Novogardiam ipsemet regreditur, cum altera Karchusium Sueco eripit, & cum tertia Vichiam pervadit.

vadit; Quam XVI millibus constantem, DCC. Sueonum aggressi, cæsis ex illa VII. millibus, & prædâ insigni captâ, reliquam fugarunt, XXIII. Januarii.

Qua Moschus clade vehementer consternatus, Calendis Martii, captos remittit Legatos, & humiliter obsecrat, ut rex Johannes secum quantocius transigere non dedignaretur.

Idem nuptias Magni & Mariæ cognatæ, initio veris, multâ Novogardiæ celebrat pompâ.

Quando rex Johannes Varavia passus repulsam, licet uxorem & filium haberet Jagellonios, & vellet nomina Polonis relaxare omnia, Moschum domare, Estoniamque Poloniae incorporare, Henricus verò Gallia princeps, in regem, XIII. Maij, fuit electus.

Carolus Mornæus, cum V. millibus Britonum huc primordio æstatis adveniens, habitâ coram Rege comœdiâ, illius occidendi, ut reor, captat frustra occasionem hoc tempore.

Cahunnius verò quidam, prodens conspiracy, & non valens probare, instantibus contumaciter adversariis, capite insons plectitur, circa eundem

Preciosi Divorum loculi Upsaliâ & Vasteno accepti, non citrà portentum cedunt Britonum solutioni.

In Junio, consentit rex Johannes hostis petitioni, de pacis tractatione & armorum intereâ suspensione; Sed prius illum graviter exagitat ob calumnias, à Magno suggestas ipsi fallaciter.

Tum & Clerus Stocholmiæ congregatus, approbat librum Archiepiscopi contra Herbestum, non tamen ob Regem audet illum divulgare.

In Augusto, Britannicus in Estoniam delatus exercitus, & inde Moschus magis percussus, V. Septembris, se pacis cupidum, non belli, luculentius epistolâ declarat.

Archibaldus, Britonum Capitaneus, litè à Mornæo impetitus, factionis scelus ipsi exprobravit Revaliæ, quod deinceps sensim emanavit.

M. Laurentius Nericius, Evangelicorum primus in Suecia Archipræsul, annum agens LXXV. obiit XXVII. Octobris, qui binos successorum, habuit generos.

Johannes Rex, XIII. Decembris, Moschum sub interminatione admonet, ut missis huc legatis, pacem restauraret, quam ipse esset transgressus, vel in colliminio, & nullatenus Novogardiæ, induciis ad Pentecosten fruiturus.

MDLXXIV. Suecus de loco tractationis cum Moscho, Novogardiam fraudulentè expetente, non conveniens, mensè Januario & Februario, impugnat Vesenbergum ac Tolsbergum, vano tamen successu.

Quando in nostro Scoti exercitu nimium derisi à commilitonibus Germanis, hisque propterea congressi, cæduntur plusquam MD, ex adversariis verò solum XXX. occidunt, quæ clades intestina contigit XVII. Martii.

Reliquus Sueonum exercitus in hosticum, XXV. Martii, effusus, Moschi ditiones in Livonia ferocissimè populabatur.

Johannes rex, veris ac æstatis tempore, legationibus à Cæsare, Gallo, Polono, Scoto & Anglo, de rebus non parvi momenti, honorificè compellatur.

Interim Moschi Sueticas in Livonia, & Sueci Ruthenicis ibidem truculenter admodum ditiones pervaserant, horumque classis comœatum hosti præreptura, Lubecensibus XVII. onerarias Narvia redeuntes eripuit, mercibus onustas eximiis.

Henricus Poloniae rex, auditâ fratris morte Caroli, XVIII. Junij, clam inde profugit in Franciam.

Johannes ab Hoijs Comes & Præful Vestphaliæ, Sueticique amittinus Regis, hoc in fata concessit tempore.

Moschus à Sueco pacis, XX. Junii admonitus, contemnit, & populationem Estoniæ continuans, ita incolas affligit, ut eos peniteret natiuitatis.

Johannes Rex, metu Archiepiscopi, dogma Evangelicorum propugnantis, liberatus, statuit modò quidem tempus esse idoneum Catholicorum huc revocandi fidem; non tamen integram: sed qualem primitiva habuisset Ecclesia, & à Georgio Cassandro, Cæsaris rogatu, esset descripta, idque subtiliter esse promovendum, ne tumultus cieret.

Ideo primariis ex clero vocatis hæc æstate Stocholmiam, longâ perfravit oratione, ut approbarent Ecclesiæ in Suecia modernæ cum primitiva Apostolica conformationem, & capto à Missa primordio, præfationem Canonis cantumque nonnihil immutarent, veterum sequendo liturgias, utque acquirerent autoritatem, Liturgiam quoque appellando.

Eadem fermè, quâ rex Johannes, solitudine, protestantes in Germania Doctores laborantes, & exprobrantium sibi doctrinæ novitatem effugere cupientes, argumenta Catholicorum, unionem suæ cum Ecclesia Græca, flagitarunt à Patriarcha Constantinopolitano.

Suecus Moschum ad pacem omninò faciendam compulsurus, classem sub Narvia, prohibitorum illi comæatum advehere, infeliciter emisit.

Hostis tamen consensit transactioni, & propterea Suetici, VII. Octobris, emissi Commissarii, in mandato habuerunt, ut recitatâ, palam congressu primo Regis genealogia, calumnias Moschi refutarent, & si pacem legibus præscriptis non obtinerent, saltem aliquot annorum inducias cum illo sancirent.

M. Laurentius Gothus, II. Archiepiscopus Evangelicus Upsalensis.

M. Martinus, III. Antistes Lincopensis.

M. Erasmus, IV. Arosiensis.

Qui anno exeunte, acciti Stocholmiam, XVII. subscripserunt articulis, regio inservientibus proposito, de religionis mutatione.

MDLXXV. iidem cum reliquis Præfulum revocati Stocholmiam, his, vigore obligationis suæ fuerunt authores, ut ordinantia, velut non conformis veteri Ecclesiæ, denuò sub incudem illorum adducta, multis Catholicæ Missæ & initiandorum Antistitum ceremoniis, modo locupletaretur; simulque decretum, ut magis S. S. Patrum scripta, quam Doctorum protestantium sequerentur imposterum concionatores Sueonum.

Laurentius Norvegus, cum aliis Jesuitarum nonnullis, propter hujus consummationem operis hoc tempore accitus in Sueciam, callideque Lutheranismum imprimis simulans, conatur per partes, & velut gradatim, Suecos cum Rege ad intergrum revocare dogma Ecclesiæ Romanæ.

Et mox consensu Evangelicorum dolos non suspicantium, concionator ac Theologiæ Lector in cœnobio constitutus à Rege, aliquandiu cum magno utrobique docet applausu, quod Lutherum pro se continuo citaret, licet dolo tali omnia Catholicorum roboraret dogmata, & consequenter, sed latenter, everteret protestantium.

Princeps Sigismundus, Regis filius octennis, præceptorem modò consequitur nobilem virum, Arnoldum Grothium.

Estonum non pauci, cognoscens Moschum, quoad Firnoniam, non Livoniam, inducias cum Sueco approbaturum, non sat fortunatè Danum sibi dominum & protectorem elegerunt.

Rutheni, mense Februario, Estoniam ferro & flamma peragrant, exustoque sub Revalia cœnobio S. Birgittæ, incolas abducunt captivos. Turca serio Polonos admonet, ut Johannem Sueciæ Regem, vel Stephanum Batorem sceptro donarent, illi, XIII. Martii, de hac re perscribens: Qui & à quibusdam Polonorum persuasus, Legatos primo veremisit Warfaviam.

Moschus de corio Sueonum & Livonum cum Dano colludens, Legatos ad illum, mense Junio, expedit.

Suecus neutri Sonnenburgum permissurus, sed commodius protecturus, illud Magno Saxonum Duci in feudum assignavit.

Archipræsul & Præsules Candidati, XIV. Junii die solenniter Upsaliam, ceremoniis fermè Catholicis, initiantur.

Episcopi cum primario regni Clero, hinc Stocholmiam jussu Regis profecti, novæ mutationem ordinantiæ concorditer approbarunt, XVIII. Julii, & promisso insignium privilegiorum exhilarati, domum hilares remearunt.

Interim, IX. Julii, Parnavia Moscho deditur, & XIII. bimas cum illo Suecus inducias paciscitur; Sed XV, suâ de sceptro Poloniæ obtinendo spe iterum frustratur, Stephano prævalente.

Rex Daniæ, per Claudii Ungerii fraudes, Sonnenburgo, contra Stetinensem transactionem potitus, Revaliæ, & aliis Estoniæ munitionibus frustra invigilat occupandis.

PP. societatis Jesu in Suecia, nixi fundamento per Clerum regni hætenus posito, & a Missæ Catholicæ nonnihil mutatae introductione fabricam auspicaturi, textum illius controversiis indè omnibus expunctis Patrum testimoniis roboratum, Archiepiscopo pro Missæ forma obtulerunt confirmandum, ac ipsiusmet sub nomine publicandum, ut facilius à Clero acceptaretur, tantisperque ab eo usurparetur, dum integro Catholicorum sacrificandi modo assuesceret, & simul aliis horum dogmatibus.

Typographia in Islandiam invehitur.

1576.

MDLXXVI. Moschus tempore induciarum, cum Sueco & Polono pactarum, occupaturus Livoniam primis anni mensibus hanc potenter infestat; arces expugnat; ne Dani quidem amici parcens ditionibus, & minus multò Suecicis.

Archiepiscopus, Calendis Januarii, promulgato decreto, parochis modum præscribit acquirendi peritos cantores. Nam Ecclesia modò Suecana, sonoro veterum cantu ubique præterquam in Ducatu, resonabat, ac in regio simul sacello.

Idem alio demonstrat edicto, sequenti mense, Sacram Scripturam absque SS. Patrum interpretatione, non sano esse modò intelligibilem.

Ideo hos jubet, non neotericos adhibere interpretes, promittens modum illos legendi quotidie in Academia à semet ostendendum.

Nulli propterea conferebant Episcopi beneficia Ecclesiastica vel Scholastica, nisi qui prius sanctè promitteret, quod tam in prælectione, quam concione, SS. Patribus esset adhæsurus; Auditoribus eleemosynarum castimoniam, jejunii & festorum emolumenta observatorum, inculcaturus; Religionis obtrectatores proditurus, & regiæ domui fidelis futurus.

Hætenus excusa typis Latine & Suetice (quod ita celebranda foret) nova missæ forma, nunc prodiit, hoc quidem titulo sub Archiepiscopi nomine: *Liturgia Suecana Ecclesie, Catholica & orthodoxa conformis.*

lasciul

Dux

Dux Carolus, quod nollet Liturgiam in suo admittere Ducatu, compellatus à Rege, respondit, IX Martii, nec fratri, nec sibi, per testamentum paternum, licitam esse hujusmodi religionis innovationem.

Nec acquiescens idem regiis argumentis, & simul fovens Liturgiæ profugos adversarios, priori discordiæ novum adjecit fomitem, cum magno regni detrimento diu flagrantem.

Johannes rex, assensum quoque suæ religioni Pontificis Romani, misso hoc circa tempus ad illum D. Ponto de la Gardie, & M. Petro Fectenio, conatur impetrare.

Patriarcha verò Constantinopolitanus, Lutheranis ab unione Græcorum prorsus exclusis, dogmata illorum pleraque libello confutavit.

Melitenses Turcam formidantes, per Legatos opem Regis Suetici implerant hoc tempore.

Moschus à Cæsare per Legatos compellatus in causa Livonum, suos vicissim ad illum transmisit, hosque à Suecis interceptos esse cum Rege eorum exposulavit.

Idem dolose Revalienses ad defectionem à Sueco frustra sollicitans, in ditione illorum non impunè grassatur.

Quem rex Johannes, XII Julii, admonet pacis secum ineundæ, nec captos prius dimittendos esse legatos asserens.

Quando etiam Suecus Rigam infestâ petens classe, cogit incolas vetera quadam sibi nomina persolvere.

Conjuratio Britonum hoc tempore fuit detecta; quam Gilbertus Balsar, & Carolus Mornæus, frustra in Ducatu refugium captans, supplicio capitis illam Stocholmiæ luerunt.

Clerus Stocholmiæ, & alibi passim in regno, à presbyterio Ducatus fortè instigatus, se opponens Liturgiæ, scripto publicato, quod Laurentius Norvegus sub Archipræsulis nomine confutavit, custodiæ mandatur.

Dux Carolus à Rege admonitus, XIX. Octobris, reliquias Ste-nonis Sture, & conjugis Ingebürgis, deinceps Griphisholmiâ transtulit cum pompa Stregnesiam.

Veterum rex Johannes hoc tempore tumulos Principum & magnatum, eleganter in regno passim instauravit, ornavitque; sicut & templa non pauca.

Moschus se bello Livoniæ inferendo etiam accingens, ac ut Suecos ibi opprimeret imparatos, studiosum se pacis simulans, de hac in Novembri ad regem Johannem perperscripsit.

Captivus Stocholmiæ Clerus & officiis beneficiisque privatus, XX. Novembris, se libello supplici apud Regem excusans, ac perfidiæ, perjurii, factionisque crimen à se protelans, affirmat Liturgiam, se inconsulto, ita mutatam prodidisse, ut compendiosam Papatui sterneret viam reducendo; Ac ideò ad liberum regni concilium provocat, quod Rex non invitus mox indixit, anno sequenti habendum.

MDLXXVII. Clerus ex regno, non Ducatu, Stocholmiæ concurrrens, & argumentis convictus, Liturgiam suo cum apparatu suscipit, in Ecclesiis deinceps exercendam; hujus damnat adversarios; incruentum approbat sacrificium; & tantum sumi sub una Sacramenti specie, quantum sub utraque, constanter asseverat, hisque unâ cum regni proceribus, XV. Februarii, subscribit.

Concionatores verò Stocholmenses, Professores Upsalenses, Liturgiam averfantur; ideoque illi, quod eam prius approbassent, relegato

M. Abrahamo in Alandiam, privatione beneficiorum mulctantur; & in scripto Liturgiam oppugnantes, ab Archiepiscopo vitulis Herbesti & Laurentii Norvegi arante, confutantur.

Pro firmanda etiam Liturgiæ causâ, & dogmate Regis asserendo, libellus Georgii Cassandri ad Cæsarem de religione quondam conscriptus, ex typo in Suecia publicabatur.

Simul quoque diploma hoc prope tempus satanæ, quo constantiam Misoliturgorum, velut sibi fidelium collaudat.

Qui tamen hinc non deterriti, transmissâ ad Evangelicas Germaniæ Academiâs Liturgiâ, hujus obtinuerunt inde damnationem postea.

Interea Moschus, nec dum finitis induciis, Finlandiam, mense Januario, propter captos à Sueco legatos, populatur, nec impunè.

Cæterum, XXIII Januarii, Revaliam Livoniæ arctissima cinxit obsidione.

Quem rex Johannes, X. Februarii, arguit perfidiæ, ob Finlandiæ infestationem, & pacis admonet in colliminio, non Russia constituendâ.

Ericus rex, nè occultâ fautorum conspiratione, hæcenus non raro proditâ, liberatus, mali plus inferret patriæ, veneno, ut fertur, in castro Oerbygenfi, XXV. Februarii, consultius interiit, Arosiæ, XIII. Martii die, minus regaliter tumultus.

Quo Moschus die, tribus hominum millibus spoliatus, cum grandi solvit ignominia Revaliensem obsidionem.

Christianus IV. rex Daniæ, XII Aprilis, nascitur in Friderigsburgo.

Magnus Saxonie princeps, circa hoc tempus, uxore & filio in Suecia relictis, domum profugiens, à fratre usque mortem in vinculis detinetur.

Tyrannus Moscoviæ, Stephano Rege bellis in Prussia dissentio, ratus oportunitatem Poloniae Livoniam subjugare, præsidio fermè destitutam, initio æstatis, eandem invadit. Ac veritus nè in sua Suecus absentia Russiam infestaret, induciarum frustra obsecrat prorogationem.

Nam rex Johannes quoque tantam haud prætermittendam ratus occasionem, per anni reliquum, terrâ marique hosticum victoriosè incurfavit.

Interim Moschus truculenter in dicecesi grassans Rigenfi, totam fermè occupat, Derpatensemque; à quo Dux Magnus affinis XXXI. Augusti, ceu fautor Poloni, captus, vitam, gratiam & libertatem, XL. millibus aureorum redemit, moxque profugiens cum uxore in Curlandiam, non amplius tyrannum convenit perfidissimum.

Hæcenus pontifex Romanus, voluntatem regis Johannis ex Ponto fat cognoscens, ut illum, ceu magis Græcanæ quam Romanæ addictum fermè dogmati, rectius informaret, Antonium Possevinum, unum e PP. societatis Jesu non indoctum, huc transmisit hoc propè tempus.

Qui ut Legatus Imperatoris, nè res proderetur, magnificè susceptus, annis aliquot Regis fuit summus consultor in negotio religionis.

Quo cum, ut opinor, in patriam ille Bothvidus Nericius rediit, qui ob doctrinæ excellentiam, Italis & Hispanis deinceps fuit admirationi.

Archipræsul Regis primò subolfaciens molitionem, & ideo Liturgiæ pœnitens approbatâ, VIII. Septembris, monet illam domi scandala, forisque parere, quod nec esset Catholica, nec Lutherana, sed nova quædam religio.

Undè, sicut etiam à Possevino plenius de fide Rex persuasus, quodque remotâ hypocrisi, negotia essent religionis tractanda, permisit

Laurentio Norvego, ut Calendis Novembris, ex suggesto Upsalensi cultum asfereret Divorum.

Idem unus auditorum, vilâ Professorum responsione, suo ex mandato conscriptâ, in eos inscitiae graviter repræhenfos magnoperè invectus fuerat.

Ac ipsemet Sanctis honorem exhibiturus, reliquias Divi Erici, novo argenti loculo reconditas, ex acropoli in basilicam pompâ omninò Catholicâ reportari curavit, hoc prope tempus.

MDLXXVIII. Rex Johannes indè non paucos tumultuari, & malè ominari, cognoscens, nec audens violenter cum illis procedere, propter fratrem Carolum, in quo rebelles spem habuere positam, non palàm religionis amplius negotium, sed ut antea illud promovit.

Inprimis verò ut Archiepiscopum cum multis ex Clero, in causa modo Liturgica subclaudicantem, corrigeret, habitâ Stocholmiæ synodo, novam, Ordinantiam novæ, ab ipso, totoque regni presbyterio, obtinet subscriptionem.

Ideò a Principibus Europæ Catholicis plurimum celebratur, & crebris eorum literis instigatur, ut integrum reciperet Ecclesiæ dogma Catholicâ; sed præcipuè à Papa, Possævino, & uxore Catholica, à qua etiam primò fuit persuasus, hac in re animatur.

Quorum victus admonitione, fertur manus Pontifici clam dedisse, & Legatum ideò Romæ perpetuum habuisse quendam Malvesium, ut Papa suum in Suecia Antonium Possævinum.

Legati Laurentius Norvegus absentis constitutus vicarius, cum Johanne Secretario in causa matrimonii dispensavit, datis super ea literis; Quas Archiepiscopus nactus, indè, sicut etiam nupera ex concione, & libellorum publicatione Catholicorum, machinationes liquidius cognovit Catholicorum.

Quocirca in gratiam cum Misoliturgis, ob constantiam magnoperè collaudatis, occulte reversus, librum hoc titulo in vulgus disperfit anonymum: *Responsiones brevissimæ contra novas Papistarum machinationes intra limites Patriæ excitatas*; Qui à P. Norvego, authorem ignorante, mox refutatur.

Moschus Vendam Livoniæ in Febuario, nequicquam oppugnans, cum dedecore abiit.

Servitores Ducis Magni, cognitâ domini fugâ, Tyrannum formidantes, Overpaliâ Suecis prodiderunt.

Danus fratris misertus, Moschum ideò per Legatos compellat, qui verba solum reportant ab illo.

Sueci Ruthenicam infestantes Livoniam, IV. Junii, suburbium opibus spoliatum inflammaverunt Derpatensè, & mox Russi Sueticam, XXV Julij, Overpaliâ nostris extortâ.

Polemarcha Sueonum de hoste vindictam sumpturus, & regem, ob non latum sociis à se tempestivè auxilium, placaturus offensum, junctis cum Polono armis, XVIII. millia Moschorum, Vendam obsidentium, XXI. Octobris, aggreditur, & captâ insigni prædâ sexque illorum millibus prostratis, reliquos fugavit.

Placuit victoria Sueco, non quod Polonus XX. belli machinas, hostibus ibi ereptas, sibi vendicaret soli.

Idem simul offensus Polono, vetera solvere nomina tergiversanti, misso ad illum hoc tempore legato Andrea Lorichio, flagitat quinquaginta thalerorum millia, cum uxore promissa; centum triginta quatuor, Sigismundo Regi mutuata; Centum nonaginta duo ex proventibus arci-

um in Livonia oppignoratarum, levata; prædia uxoris materna, & vel horum loco, bona Barresanensia & Brunsvicensia.

1579.

MDLXXIX. Ob fugam D. Magni, Pontus valde suspectus, regiam incurrit offensam, & mox juramento purgatus, filiam Regis naturalem sibi despondet.

Moschus, ob cladem sub Venda susceptam furens fremensque, exercitu centum millium comparato, toti Lovoniæ, Curlandiæ & Prusifiæ, machinatur excidium.

Polonus de hoc tempestivè admonitus, habitis Varfaviæ comitiis, bellum illi decennale constituit inferre. Et Suecus bino exercitu, in Februario hinc emisso, Russiam usque veris initium, horrendè populabatur indemnis.

M. Laurentius, II. Sueciæ Archipræsul, XII. Februarii morte sublati est, cui Catholicus decernitur subrogandus, Magnus Laurentius, Johannis Gothi fratre natus, qui propterea Romam ablegatus fuit.

Catholici, vacante per lustrum Cathedrâ, impigram suis dant operam rebus, operarios ex scholaribus hinc emissis comparando; Libros, quos inter Sueticus Ganisii fuit Catechismus, spargendo; Litaniam & cantiones immutando, sibi quæ accommodando.

Prodiit & scriptus, posteaque impressus, Posssevini libellus, Regis dubia resolvens, tali quidem inscriptione: *Antonii Posssevini responsiones ad nobilissimi viri septentrionalis interrogationes, qui de salutis aeternæ comparandæ ratione, ac de vera Ecclesia, cupiebat institui.*

Carolus Dux Sudermanniæ, filiam Ludovici Palatini, Mariam, sibi conjugem ascivit, Heidelbergæ, XI. Maij. Quæ sicut & regina inter Regem & Ducem, subindè discordes, agendo sequestres, grandibus obviarunt dein regni detrimentis.

Moschus intelligens Polonum, cum magna potentia adventare, suam intermittit expeditionem, & ille Russiam per trimestre impugnans, VII. occupat arees.

Suecus etiam infesta egressus classe, oppidum Ivanogrodense, & suburbium Narvense, prius direpta, incendio vastavit, mense Julio.

Undè hostis excandescens, Harrigiam non mitius pervadit.

Johannes Rex illum domiturus, pacto cum Tartaris fœdere Christiæ, & annuo his stipendio promisso, eundem ab oriente, jubet illos invadere.

Idem ut ab occidentè damna Moscho inferret, Narviam XIII. Septembris, impugnat, & non expugnat.

Hostis, abeunsiibus indè nostris, damna ponè intulit, & majora deindè Harrigiensibus, Vichensibusque.

Quando pestis in tota cœpit Suecia grassari præterquam Ostrogothia, & Rex à Polono invitatus affine ad jungendum, contra Moschum arma, indixit Vasteni comitia, quo & ipsemet Stocholmiâ secessit hoc tempore.

Moschus suis diffusis rebus, Polonum pacis sectum ineundæ admonet, ut hæc potitus, Suecum commodius expugnaret primo, deindè Polonum; Qui fraudis non ignarus, hortationem contempsit.

Clerus Sudermanniæ, reditu Ducis animatus, & ab eo fortè instigatus, habito Nycopiæ conventu, sanctè spondet, XXVII. Septembris, quod Liturgiæ nunquam esset subscripturus.

Tum & Laurentius quidam Ericius Jesuitarum discipulus, in servitium à Duce susceptus, religione abjuratâ, in Romanæ devotionem urbis, graviter libello invehebatur.

Hispanus, Hollandos ad obedientiam armis compulsurus, Sueci amicitiam sibi perutilem censuit; Quam ideò ambiit, missò circa hoc tempus huc Legato, hujusque culpa hinc ob scelus profugientis, non fit voti compos.

MDLXXX. Sophia Regis filia notha, XIV. Februarii, D. Pontò fuit copulata, & in ipso benedictionis momento, pars chori, templum sublimiter ambientis, corruens, XXIV. homines malè quassavit, & unum enecuit. 1580.

Sed, XIX. Februarii die, Senatus regni consuluit Majestati regiae per libellum, ut, cum intra, extraque Sueciam malè audiret, nomine religionis, suam probaret Clero, primitivæ conformem Ecclesiæ, non Isagogen Catholicæ; hujus prohiberet libros in regno tot vulgari; Ludimagistros fidei non suspectæ provideret; & P. Norvego deposito, filium in Augustana educaret religione.

Quoad politica Reipublicæ negotia, suadet simul eidem, ut pacem cum hoste, ab ipsa fors non alieno, iniret, quod regnum esset bello exhaustum; Efficeret, nè Polonus cum eo transigeret, Suecis exclusis; Narvici maris omitteret infestationem, nè plures in se hostes provocaret; Arces limitaneas, omissis fabricis Ecclesiasticis, magis firmaret; Disceptationi cum Dano, super Tribus Coronis imminente, provideret Commissarios, documentaque colligeret; Tartarosque exautoraret, pacem procurando.

Verum neutra locum forte invenit suasio, cum à Rege & Ordinibus contraria fermè sint approbata; P. Norvegus tamen admonitus, ut ageret modestius.

Quandò Rex & Regina cœnobitis se munificos præbent; novos ut reor SS. Birgittæ & Catharinæ oculos restituant, & cum Antistita familiariter conversantur.

Iisdem quoque Possëvinus, ex suo munere non minus liberalem se exhibuit, tam ex parte ordinis, quam fidei veteris.

Qui abitum hinc circa hoc tempus parans, obsecratur à Rege, ut fertur, ut impetret licentiam Presbyterio Sueciæ uxores retinendi, & Laicis, sub utraque specie, communicandi; Sicut etiam, ut Papa domum Suecis restitueret S. Birgittæ, & monumenta Romæ à Johanne Gotha relicta.

Rex dein profectus Lincopiam, M. Martinum urbis Episcopum, quod Pontificem appellasset Antichristum, officio & beneficio per ignominiam exiit hoc tempore.

Sueci Danos in confinio regnorum conveniunt, & jure nostro in Sonnenburgum asserto, illis concedunt, obsecrantibus, prorogationem decidendæ litis de Tribus Coronis.

Polonus in Julio Moschum aggressus, per anni reliquum fenas illi munitiones & ditiones eripuit.

Quandò Suecus ex pacto ita cum affine contracto, ut disjunctis locis & copiis impeteretur ab utroque hostis, captaque cederent occupanti, Kexholmiam obsedit, quâ potitus est, V Novembris, sed Padiso Livoniæ, XXVIII. Decembris.

MDLXXXI. Idem opera Ponti victoriam prosequens, Vesenbergum Livoniæ, XX Februarii obsessum, IV die Martii deditum, assequitur; post quadriduum verò Tolsbergam; tantamque Polonus illi gratulatur victoriam. 1581.

Quo tempore crudelius multò Chrimenses Tartari orientales Moschi ditiones, instinctu Sueci & Poloni devastarunt,

Tyrannus igitur, non valens tot simul hostibus resistere, expedito Romam Oratore, spondet Pontifici, quod per eum Imperator Russiæ designatus, & pacem cum Polono adeptus, vellet schisma deferere; hincque persuasus ille, negotium commisit P. Possevino.

Mulier quædam Stocholmiæ, uno partu quinos enixa fuit, III. Martii, infantes, qui suscepto baptismo, animas exhalarunt.

Elizabetha, Regis soror, Christophoro Megapolensium principi nupsit Stocholmiæ, XIV. Maij, quam sollemnissimè.

M. Abrahamus & M. Petrus Jonæ, Misoliturgi, ex custodia hoc tempore elapsi, atque viaticum in Ducatu nacti, Germaniam exules adiverunt.

Legati Tartarorum, mensè Junio, gratum adferentes nuncium de hoste malè tractato, cum salariis, niceteriis, & novis mandatis redierunt.

Quando Jacobus Typotius, Regi à secretis, ob facinus, ut arbitrator, quoddam, Regis Johannis & Catharinæ offensam incurrens, carceri mancipatur.

Polonus, tertio invadens Russiam, per anni reliquum impugnat Plefcoviam.

Sed fortunatius Sueci cum hoste interea belligerant alibi, utpotè, qui Lodiam, XXII. Julii, & mox Fichelium; Lealiam XXVII; Habfaliam, IX Augusti; Narviam, VI Septembris; Jvanogrodium, XVII; Jamagrodium, XXVIII; Coporiam, X. Octobris; Vitenitenum XXIV Novembris, armis illi extorserunt, vastatoque insuper hostico, usque Novogardiam, obsederunt Parnaviam.

Quorum invidens fortunæ Polonus, nullo exoptulat jure cum Sueco, quod contenderet partem tantæ messis sibi velut hostes alibi, cum affinis commodo, & proprio incommodo, interim distinenti competere, oblitus pacti.

Petrus, IV. Antistes Lincopensis Evangelicus.

Petrus, III. Wiborgensis in Jutia.

Petrus, V. Arosientis in Wefsmannia.

1582.

MDLXXXII. Ericus Falch, nobilis Ostrogothus, tantam de Moscho victoriam, oratione insigni Viennæ habita, XIII. Januarii, gratulabatur regi Johanni.

Polonus, receptâ Livoniâ & Russiâ Lithuaniae, pacem cum Moscho decennalem, excluso contra pactum minus honestè Sueco, XV Januarii, operâ Possevini firmavit: Quam propter, soluta fuit mox obsidio Parnoviensis.

Ita Suecus ab affine, Moschi objectus armis solus, Estoniam insuper postulante, convocatos in Februario regni Ordines Stocholmiæ, non infructuosè consuluit.

Idem subveritus, ut sibi mortuo succederet filius princeps Sigismundus, quod Catholicus palam esset, illius ab Ordinibus impetravit electionem, XVIII. Februarii.

Redditurus quoque Clerum magis Philoliturgum, XXIV. Februarii, constitutionem anni MDLV. super sportulis funebribus, illi roboravit.

Clerus etiam aliundè commotus, ventilatam denuò Liturgiam & Ordinantiam, solito diligentius, multò illas firmiter approbavit, ordoque simul politicus, adversarios illarum quoslibet, læsæ reos majestatis regiæ, pronunciantes, & neque Duci Carolo parcentes.

Nomoblibion hoc præterea tempore fuit conditum, tali quidem titulo

titulo: *Fundamento Catholice fidei, quam docet ac prædicat sacrosancta Ecclesia Romana, semper inherendo, regia Majestas, & Judices tam seculares quam Ecclesiastici, in regno Sueciæ Gothiæque, ad reddendum jus seu justitiam, electi, secundum leges & consuetudines infra scriptas, diriment causas & Quæstiones.*

Quando & Romæ novum prodiit Calendarium, de quo in Suecia suscipiendo, Rex deinceps admonitus, ab illo non abhorruit.

Polonus initio veris & æstatis, per literas primo, dein Legatum, à Sueco Estoniam contumaciter & minaciter reposcit; Atque responsum mense Julio non blandius hinc nactus, Ordines sui regni convocatos, ad bellum propterea regi Johanni inferendum, frustra studet permovere.

Verum Sueci nec Polonum neque Moschum formidantes, ætate exente, hunc armis non segniter impetunt sub Noteburgo; Quod tamen non capiunt, loci & temporis iniquitate nimium impediti.

Johannes rex non mediocriter, ut reor, succensuit Davidi Chytræo, propter Historiam confessionis Augustanæ, & data P. Possævini libris responsa, gratiam recuperare conanti, res Sueticas hinc acceptas, suis postea inferendo Commentariis.

MDLXXXIII. Sueones in absentia Moschi occiduas illius ditiones populantur. 1583.

Hollis redux tantam vindicaturus cladem, votivam prætendit huc versus, sed armatam peregrinationem; Ideoque proditum Suecis dolum intelligens, armis depositis, colloquium cum iis poscit.

Ludovicus Rheni Palatinus, Annam Comitissæ Frislandici natam, & neptem Gustavi Regis, ducere paratus uxorem, Carolum Ducem ad nuptias invitavit, velut affinem & sponsæ avunculum.

Qui proinde cum uxore modo Heidelbergam est profectus, ubi XVII Martii, natus illi filius Ludovicus, qui ibidem, XXVI Maij obiit.

Sed, XVIII Martii, in Curlandia vitam clausit Magnus, Holsatiæ princeps, & gravis exorta lis inter Polonum & Danum, de Curonensis possessione Episcopatus, arbitro Prussiarum Duce, dirimebatur.

Induciæ bimestres inter Suecos & Ruthenos, IX Maij, constituuntur.

Ericus Sparrius, Sueciæ Procancellarius, Calendis Martii, à Scotorum Rege, Baro creatur.

Jesuitæ aliquot hoc tempore à Possævino huc expediti, sub habitu politico, Regi animum pontificis manifestant, & salutem ab hoc annunciant regi Johanni, aliisque Sueonum plurimis, musicos esse regios opinantibus.

Rex spe forsan Romæ suâ frustratus, & Gregorio, Possævinoque nonnihil, ut reor, offensus, ob pacem inter Polonum & Moschum, ab illis sancitam, omisso Archipræsule Catholico, Evangelicum nominat M. Andream.

Collegium quoque instituit Stocholmiæ, adhibitis illic omnium facultatum Professoribus Lutheranis, licet illud antea Catholicis destinasset, recepturus ita rex, Johannis Gothi ex urbe documenta.

Quod Regina damnum, fundato Brunsbergæ in Prussia seminario pro Suetica juventute, in literis & religione ibi exercenda, illucque X. millibus thalerorum legatis, egregiè Catholicis compensavit.

Dux Carolus adhuc socero adhærens, domi factionis suspectus fratri redditur, quod Reges & Principes Europæ Lutherani & Calviniani, cum Palatino interim per Legatos, de reprimendis Catholicorum ausis in Suecia, & alibi, Archipræsuleque Colonensi restituendo consultassent.

Suspicionem verò Princeps forsan auxit, in reditu colloquens diu Segebergæ cum Dano, Suecis non sat amico.

Indu-

Induciæ biennales, VI. Augusti, cum Moschis approbarunt Sueones, sub commodis utrique conditionibus nationi.

Andreas Lorichius, rei bellicæ Commissarius, missus hoc circa tempus solutum militi stipendia exautorato, cum argento fugisse dicitur in Prussiam, ubi fertur cum Imperatore, Polono & Moscho, minus utilia Sueco tractasse consilia.

M. Andreas Upsalensis, & M. Ericus Abogensis, infulæ Candidati, pompâ fermè Romanâ, VIII. Septembris, inaugurantur.

Ille famoso laceratus scripto, propter Liturgiam & Ordinantiam, de utraque suam edidit confessionem apologeticam.

Catharina Sueciæ Regina morti proxima, quam obiit, XVI. Septembris, liberos Sigismundum & Annam illustrissimos, admonuit constantiæ in Catholica religione.

Quandò, ut arbitror, Rex in Angliam suos expedivit legatos, Comitem Ericum Brahe, & Nicolaum Rascium.

M. Andreas, III. Sueciæ Archipræsul Evangelicus.

M. Ericus, IV. Finlandiæ Antistes

1584.

MDLXXXIV. Funus Catharinæ reginæ, pompâ semi Catholica fuit Stocholmia, XV. Januarii, elatum, & postridie tumultum Upsaliæ.

Quandò perorans Metropolitanus ex mandato Regis pronunciat, absque ea fide Catholica quam defuncta habuisset, neminem posse salvari.

Ipsemet quoque Johannes rex in via pridie, cum Petro Comite disputans, ignem asseruit purgatorium, illi ob utrunque indignantibus Evangelicis; Sed Catholicis gratulantibus, & suam ignorantibus instare ruinam.

Johannes Basilius Russiæ tyrannus, XXVI. Martii, animam exhalans infansam, filiis Theodoro & Demetrio, reliquit gubernaculum.

Andreas Lorichius hoc tempore, ut reor, capitur Dantis per Nicolaum Rascium, & Socholmiæ morte plectitur.

Christianus Friderici filius, à Danis parenti successor, XV. Junii, nominatur.

Suecus anno luctus circumactò, consortem sibi indigenam statuens ducendam Gunilam, Johannis Bielche, Ostrogothici Toparchæ filiam despondet, frustra liberis ex priori ægre ferentibus.

Catharina, uxor Johannis Palatini Comitis, Carolo Duci nascitur X. Novembris.

Petrus, V. Præsul Lincopensis.

1585.

MDLXXXV, Stephanus, Polonis ad comitia vocatis, nequicquam suadere satagit, ut armis, Suecos, Danosque ex Livonia, & Ruthenos ex Smalenscovia, pellere haud tergiversarentur diutius.

Solennitas regalium nuptiarum magnificentissima à Suecis, XXI. Februarii die, peragebatur, in castro Sueciæ Arosiensi.

Dux Carolus nonnihil offensus Regi, quod Episcopum Sudermanis assignandi jus sibi arrogaret; Sub Liturgia, velut pallio, dogma reduceret huc Catholicorum, & proscriberet adversarios, in fraternis non comparuit nuptiis.

Quandò Rex Johannes à Senatu fertur admonitus fuisse, ne filium emitteret principem Sigismundum toties venatum, quod patruus foret cupidus illius tali occasione capiundi; sicut etiam ut Catholicorum in regno comepseret insolentiam, quod aliàs domestico se bello exponeret periculose.

Idem à nova fortè nupta, Catholicis non parum infesta, pariter solli-

sollicitatus, noctu diuque principe Sigismundo frustra reluctante, tempore servire decrevit; cedere furori misoliturgorum; & quoad tempestas sedaretur, persecutioni ac proscriptioni connivere Catholicorum.

Inprimis ergo Laurentius Forsius Stocholmensium parochus, quod palam confiteretur, veram non esse Ecclesiam, cujus non foret Pontifex caput Romanus, tempore nuptiarum, grandi cum tumultu, publicè officio & beneficio privatur, adversariis insultans dicendo: *Amisi quod non habui*, sacerdotium intelligens.

Quando Archipræsul à quodam Jesuitarum studioso, ad concertationem de religione provocatus, recusavit.

Postea Regis edicto, licet Catholicis exercitium ubique esset religionis interdictum, ex regno infra spatium anni migraturis; tamen Stocholmiæ solum, Ecclesia illorum modico claudebatur tempore, non in Drotningholmio, nec Vasteni, & solus hinc P. Laurentius Norvegus hoc tempore, ut reor, cum aliis Patrum de societate Jesu abiit, deinceps rediturus.

Princeps Sigismundus Senatui, ut dogma mutaret, alias forsan parenti non successurus esset, suadenti, respondit se terreno potius quam cœlesti carere paratum. Nec rex Johannes aliud effecit apud filium blandiendo & minando, quam ut se ob plausum vulgi ad templum quandoque comitaretur.

Cæterum Anna soror, monentibus consentiens, spe potissimum sponsi, ut inquit Typotius, obtinendi facilius, exiit religionem.

Possevinus circa hoc tempus edito contra Chytræum libello, Misoliturgis Sueciæ patrocinantem, multis probat argumentis, Johannem Regem plus favere Ecclesiæ Romanæ, quam Lutheranae.

Interea moriens Gregorius XIII. Pontifex Romanus, successorem habet Sixtum V. dogmati minus faventem, ut reor, huic Liturgico.

Anna vidua Palatini, & neptis Gustavi Regis, secundas adiit nuptias cum Ernesto Badensium Marchione, mense Decembri.

MDLXXXVI. Danus, misso in Galliam Legato, securam ibi flagitat Evangelicis mansionem, & aliis in Hispaniam, Angliamque expeditis, suam defert Regibus operam in extinguendo incendio, quod in Belgio & America inter illos nimium flagraret.

1586.

Idem ex Gallia, initio ætatis, non gratum nactus responsum, & opem rogatus à Navarra Domino contra Gallum, Calvinianis & Lutheranis infestum, mense Julio, permovit Lunenburgi principes utriusque dogmatis, ut mox una secum transmitterent Navarreno in Catholicos subsidium.

Ideo Pontifex, ut fertur, Dano indignatus, eum regnis decrevit exuere (ut scribit quidam Jonas Dithmersius, verè an falsè, ignoro) idque ope & opibus Hispani, Sueci & Poloni; Qui victores facti, parta sic essent divisuri, ut Philippo Dania cederet & Norvegia, præter Sconiam, Hallandiam, Bléchingiam & Vichiam, Jemptiamque, Johanni assignandas; Sed Stephanus quotannis, ex telonio freti Danici, centum & LX Romæ perciperet millia thalerorum.

Porrò Suecus horum, ut reor, adhuc ignarus, & magis cupidus pacis quam belli, cum Polono ita transegit, ut per utriusque Commissarios, omnis foret componenda controversia, proximo autumnis tempore, Parnaviæ.

Qui etiam Dano flagitanti, ut lis Trium Coronarum per sequens quiesceret quinquennium, & tum per indigenas, non alienigenas decideretur, ob turbas domi forisque alias, consensit.

Dux Carolus ita subveritus, ne Rex cum hostibus pacem externis nactus, arma in se converteret, missis, XVII. Augusti, Oratoribus, humiliter obsecrat, ut veteres frater condonaret offensas, & electionem confirmationemque Episcopi Stregnensis non improbaret; Sed cum minus benigno redeunt responso, pluribus onerati regionum articulis gravaminum.

Quando Rigenfes, quod Polonus ipsis dogma Catholicorum, & Calendarium niteretur obtrudere Gregorianum, mota in illum rebellione, Sueco se subdere moliebantur.

Inclytus Holfatiæ Dux, Adolphus, avus Gustavi II. maternus, Calendis Octobris vitam finivit.

Dux Carolus, XXIII Octobris, constanter innitens juri suo, donatione & testamento paternis fundato, ita XII. respondit articulis Regis, ut hic magis inde irritatus, quam placatus, fratrem peremptorie ad comitia Vasteni principio anni sequentis futura, mox citaret.

Veritus autem ne fautores Ducis, male interpretata citatione, vulgus ad seditionem commoverent, opera Episcoporum & parochorum illud instruit, quod Dux esset citatus, ut ipsi paternum explicaretur Testamentum & donatio, non ut captivaretur: Tamen sibi Princeps timens, exercitum comparat, nec minus etiam Rex, auditâ fratris molitione.

Quocirca regi Johanni percommode accidit, quod Moschus insidias Poloni formidans, Jvanogrodi, V Novembris, quadrimas secum perlubenter faceret inducias.

Quo etiam die, Pontus de la Gardie, Commissariorum unus, & Polemarcha Sueonum, cymbâ fluvium trajiciens Narvensem, submergitur, sepultus Revaliæ.

Hactenus Commissarii Polonici, æquo diutius Parnaviæ Sueticos à Ruthenis distentos præstolati, re infectâ, indignabundi domum abiverunt.

Quorum Rex Stephanus, Rigam modo armatus festinans, Grodnæque à morte victus, Suecos, Moschos & Rigenfes non parum exhilaravit.

Johannes Rex per Archiepiscopum & Episcopos, Clerum regni sedulo hortatur, ut fidam daret operam Liturgiæ, & nulla obiret sacra munia, nisi veste indutus candidâ, quod alias esset graviter plectendus.

Petrus Jonæ, IV Præsul Stregnensis.

1587.

MDLXXXVII. Dux Carolus ab uno centurionum præcipue persuasus, & salvo fretus conductu, inermis fermè, supplexque accederet cum uxore Vastenum.

Ubi actione mox inchoatâ, Rex urget sui esse juris in Ducatu Episcopum & Nomophylacem constituere; In eo habere inquisitionem, vulgò dictam Råst; Bona caduca percipere; Nobilibus privilegia confirmare; Ab iisdem militaria exigere obsequia; Ex incolis contributionem, toti regno extraordinariè impositam, simul colligere; Velut etiam illos, publica Regis mandata exequi; Citatos ad regium comparere tribunal, simulque comitia; Regi novo fidelitatis præstare juramentum, esse obligatos; Et denique, non aliundè, quam ex Ducatu, licere Principi militem colligere.

Qui articuli diu sunt ventilati, Consiliariis utriusque Principis intermeantibus, & tandem uxoribus suas partes, precesque interponentibus, Rex & Dux ita reconciliati sunt, ut hic talem illi daret fermè obligationem, qualem Arbogiæ olim Regi Erico, Dux Johannes dedisset; Sed Liturgiæ susceptionem sui arbitrio Cleri submisit.

Johan-

Johannes Rex sic domi forisque nactus pacem, & curis fessus regiminis, hoc tradere nunc filio, & ipsemet vitam Upsalæ privatam, Academicamque agere, convocatos illic viros quosque doctissimos, de religione concertantes audiendo, & quænam vera fides esset, hinc intelligendo, decrevit.

Porro cum ex præscripto Georgii Cassandri, nollet hastenus Pontifex Suecanam incorporare Ecclesiam Romanæ, fertur rex Johannes unionem cum Græca affectasse.

Quando idem uni cantorum suorum offensus, quod Concionatorem in sua absentia Stocholmiæ arguisset palam mendacii, in Catholicos commissi, propter tumultus periculum, diuturnis eum carceribus multavit, & post relegavit.

Moniali Vasteni nupturienti, & propterea exitum flagitanti, ægrè consensit, asserens vota Deo præstita, esse reddenda.

Presbyterium Ducatus exordio veris congregatum Stregnesiæ, Liturgiam prorsus repudiavit, ceu papatus isagogen, Rege frustra indignante.

M. Abrahamus in exilio forum adiaphororum, adversus Liturgiam quoque promulgat. Quem, aliosque illius libros, plenis in Sueciam doliis illatos, Rex tradidit incendio.

Sed Archipræsul binis modo respondens libellis famosis, contra se & Liturgiam sparsis, demonstrat hanc sacræ scripturæ, & primitivæ conformem esse Ecclesiæ.

Interim Regina Legatus Polonicæ in Sueciam adveniens, obitum indicat regis Stephani, & principi Sigismundo suadet, ut thronum ambi-ret Polonicum. Quocirca vere ineunte, Varsaviam hinc missus Comes Ericus, & Ericus Sparrius, in mandatis habent, ut ex concilio Reginae promoverent principis Sigismundi electionem, & illa non procedente, nomina contumaciter à Polonis exigerent.

Competitores fuerant sceptri principes Polonici, Sigismundus, Maximilianus Cæsaris frater, & Moschus; Quorum inter fautores senis disceptatur septimanis, & demum cum ipsimet audirentur Legati, quod Ruthenici essent Sueticis prælati, hi V. Augusti, protestatione habita, quanta Sueciæ foret eminentia præ Ruffiæ, demonstrarunt copiose.

Quando & perorantes pro principe Sigismundo, hunc aliis præferendum probant, quod Jagelloñidum foret unicus; religione Catholicus; linguæ gnarus Polonicæ; quavis præditus virtute; Poloni Suecis ita conjuncti, hostibus essent formidabiles cunctis, & ingentia Suecis debita non solverent.

Quo temporis intervallo rex Johannes cum filio Calmarniam profectus, & ibi nactus condiciones electionis, fratrem de iis consulit, qui Estoniæ refragatur abalienationi, & Candidato gratulatur.

Princeps Sigismundus, IX. Augusti electus in Regem à Polonis fuit, ita quod vetera illis nomina remitteret; fœdus inter Sueciam & Poloniam stabiliret; huic ex illa, mari terraque ferret in hostes subsidium; ac Estoniam incorporaret; vel bona materteræ, idem modo spondentis, certò donaret.

Rex Johannes, nono post die intelligens filium tali designatum lege, ob Estoniam & turbas Poloniæ tristatur, Candidatusque illuc proficisci tergiverfatur. Sed mox superveniente Legato Polonorum, & Erico Sparrio, caussamque exponentibus, uterque animatur; ita tamen, ut Estonia nullatenus esset abalienanda.

Fautores in Polonia principis Sigismundi, occupatâ Regiâ, Maximiliano illuc diffuaserunt accessum, & Papæ, Cæsari, Europæque Regibus, XXVI. Augusti, causas illius electi, & hujus rejecti, literis exposuerunt.

Princeps Sigismundus profectio accinctus, nè post obitum patris Sueones metu religionis Catholicæ regno obrudendæ, se averfarentur, V. Septembris, quibusdam invitus, & à Senatu impulsus, subscripsit conditionibus, id caventibus.

Confiliarii, propter hanc obligationem, & persuasam ab illis principi Sigismundo hinc profectio, malè deinceps apud Reges (sic interpretantes factum, quod unico regni hærede velut exulante, sceptrum invadere molirentur) audiverunt.

Cæterum, XII Septembris, Calmarniâ ille solvit, & XVIII. sub Dantiscum appellens, ex classe noluit descendere, priusquam occurrentes ibi Poloni, se non coactuos illum ad Estoniæ abalienationem, spondissent.

Quatriduò autem de hac cum illis colluctatus, quodammodo prævaluit, & Olivam profectus, solenni reliquas electionis conditiones, XXVII Septembris, firmavit juramento, cum tali cautela: *Salva mihi protestatione de Livonia parte, quam Sueci tenent, Corona Polonica non cedenda.*

Idem electionis decretum, Calendis Octobris, in Ecclesia Gedani Dominicana nactus, post nonum diem pergit indè Cracoviam versus; & minantem non formidans Maximilianum, eo per Cancellarium ex Polonia fugato, XXIX Novembris, Cracoviam ingreditur cum triumpho haud modico.

Ibi multò diuturnior & gravior cum toto regni Senatu lucta illi oritur de Estonia; Tamen contendens, ut Regina vadimonio Poloni acquiescerent, seque ità Regem susciperent, litem hac demum conditione clauserat: quod causa Estoniæ esset differenda, quoad usque ille regno Sueciæ potiretur.

Princeps Sigismundus, XVII. Decembris, corona solenniter Cracoviæ redimitus, arma deinceps in æmulum parat Maximilianum.

Islandi hætenus asylorem gavisi refugio, nunc eo privantur.

Jacobus, III. Antistes Ottoniensis.

1588.

MDLXXXVIII. Maximilianus, XIII. Januarii, à Polonis in Silesia captus, libertati postea restituitur.

Rex Sigismundus, literis per Legatos, XX. Januarii in patriam missis, se liberans suspitione prodendæ, quando Sueciâ potiretur, Estoniæ Polonis, sanctè spondens nunquam id futurum.

Priusquam verò hanc parens consequeretur cautionem, filium arguit promissæ quodammodo Polonis Estoniæ, & non mutati figilli ante coronationem, illi Sueticis insigniis simul insertis.

Verum rex Sigismundus, Calendis Maji, sufficienter se excusans, tabellario quædam commisit secreta, oretenus parenti manifestanda, scilicet, teste Typotio, quod Poloniam ceu nimis sibi molestam, Ernesto Archiduci, cum sorore tradere, & in patriam ipsemet remeare, deliberaret.

Quando presbyterium Ducatus, suam obtulit Regi confessionem, Liturgiæ prorsus contrariam; Quod ille propterea hæreseos, satanismi, & perduellionis accusatum, proscripsit.

Idem hac de causa, in Martio confluens Oerebrogiæ, contra vim, si quæ porrò inferretur, Ducis operam implorat, & consilio illius, criminibus se purgat imputatis per literas frustra apud Regem, Senatum & regni Clerum,

Upsa-

Upsalenses simul compellati, & plus aliis lacerati, convitia rependunt cum sœnore, probantque adversarios, divinæ ac humanæ injurios esse majestati; Quod ipsum quoque facit regius alibi Clerus, & Liturgiam approbat.

Qui compellatus à Rege, tales fratris instinctu cieri turbas suspicante, & bellum formidante intestinum, de nova sibi fidelitate promittenda in Carolinos, eam promptissimè spondet, Liturgiamque simul approbat.

M. Abrahamus multum huic incendio fomitem subministrat suis libris, & præcipuè illis, quos hoc sparfit tempore per Sueciam, historiam Liturgiæ continentis, & Regis jussu passim quoque conflagrantes.

Interea rex Johannes, literis apud filium suam deflet orbitatem, se accusans imprudentiæ, quod eum in turbulentissimam emisisset Poloniam, quo domi nunc non minus fermè quam aurâ vitali indigeret. Nec consolatoriæ regis Sigismundi acquiescens epistolæ, illius porrò machinatur huc reductionem.

Sed IV. Aprilis, Fridericum Daniæ Regem mors abripuit, cui filius successit Christianus.

R.D. 115.

Gustavus, Erici Regis filius, ex latibulis hoc tempore prodiens, opem regis Sigismundi patruelis nonnullam experitur, beneficium ipsi Ecclesiasticum etiam donare volentis. Sed ille timens insidias, ex consilio sororis Pragæ ad Cæsaris se contulit aulam, in qua clementer susceptus, non pauco illic vixit tempore, sub spe forsitan recuperandi quandoque throni Suecici.

Contagio pestis Stocholmiæ incipiens, hinc per totum diffunditur regnum.

Petrus, III. Arhusiensis Episcopus.

MDLXXXIX. Upsalia peste non infecta, tutum Regi præbet aliquandiu hospitium: Cujus presbyterium, regiâ animatum præsentia, XIII. Januarii, confutat scommata Carolinorum, se hypocritas, Apostatas & Antichristi discipulos appellantium, ac ita Regem simul infamantium, velut philoliturgorum maximum, crimenque læsæ majestatis ideò palam incurrentium.

1589.

Quod hi scelus, XXX. Januarii à se protelantes, jubent adversarios respondere argumentis, Liturgiam subruentibus, non causæ Regem immiscere, & donec illud facerent, se cum iis in gratiam non redituros.

Johannes Rex, cum nimis imbecilles in ista haberet arena athletas, P. Laurentium Norvegum huc fertur revocasse, qui morans in Austria, & nuncium haud accipiens, non amplius hic comparuit.

M. Ericus Scepperus, nuper datus Stocholmensibus, approbatâ Liturgiâ, Pœnitentiarius, quod in Regis absentia eam ibi tamen oppugnasset, modò vocatur Upsaliam; Quem in terra prostratum rex Johannes pedibus calcans, inquit: *super aspidem & basiliscum ambulabis &c.*

Martinus Stocholmensium Sacellanus, uxore hoc propè tempus desertâ, hujus loco ancillâ habitu indutâ virili, clam fruebatur.

Quidam Petrus Hard, sacerdos Catholicus, abjuratâ religione, fit hypodidascalus Vasteni Evangelicus.

Sed laicorum unus in virginem nimis blasphemus Deiparam, flammis Upsaliæ, ex mandato Regis meritò consumitur hoc propè tempus.

Induciis ad finem quadrimis jam properantibus, & Ruthenis pacem recusantibus, quod non liceret amissas argento redimere provincias, rex Johannes ab Ordinibus, Upsaliæ Februario mense congregatis, impetrat neryum belli, & consensum diutius id gerendi.

Gunila regina ibi genuit filium Regi Johannem, XVIII. Aprilis.
Rex Sigismundus in Maijo, pristinâ donat libertate Maximilianum,
sub gravibus profectò conditionibus.

Idem non ægrè consentiens voluntati paternæ, de sua in Sueciam
reductione, sub eo obtinet prætextu à Polonis veniam parentis Reva-
liæ conveniendi, quod Moschus tali percussus colloquio facilius cum Sue-
cis & Polonis esset pacem factururus.

Rex Johannes ità suis domi rebus ordinatis, ut fratrem non metu-
eret absens, XXIII. Julii, Stocholmiâ Revaliam versus, quâ decuit talem
magnificentiam Regem, & navium frequentiam, hominumque, navigat.

Maria, Ducis Caroli uxor, XXIX Julii, mortem oppetiit, Stregne-
siæ membris quiescens.

Interea rex Sigismundus, terrestri properans itinere, cum Anna
sorore, XXVIII. Augusti die, exoptatissimus parenti Revaliam pervenit;
Ubi mox præmissâ inter Suecos & Polonos de Moscho domando deli-
beratione, cœpit rex Johannes cum utrisque agere, ut filius tantisper se-
cum rediret in Sueciam, dum sic coronaretur, actutum postea in Poloniam
rediturus, & post obitum paternum, minus difficulter Sueciæ regnum ità
consecuturus.

Sed Poloni, memoriam de rege Henrico repetentes profugo, se-
que acriter opposcentes, cum suo Rege urgent indè abitum; Et Sueticus
Senatus, XV. Septembris, multis per libellum supplicem causis magni
momenti productis, regis Sigismundi disuadet reductionem; At non per-
suadet, priusquam miles ab eodem inductus, vexillis ad ostium depositis
regium, palàm militiæ renunciaret, si Rex animum non mutaret.

Poloni remanentes domi, moram Regis quoque suspectam habentes,
& simul hostium incursione commoti, regem Sigismundum legatis ad
redeundum quantocius impellunt. Undè tandem victus, XXX. Septem-
bris, mœstissimus à patre semi exanimi discessit.

Rex Johannes deinceps se colligens, per Commissarios à Moscho
impetrat bimestres solum inducias, ad V. Januarii prorogandas.

Quando per Hogenschildum, domi vicarium, admonitus, ut redi-
tum maturaret, aliàs per fratrem excludendus, initio brumæ, in Sueciam
remeavit.

Quam inveniens tranquillam, Hogenschildum & Senatorum reliquos,
quod discordiam inter se & fratrem seminata, utriusque sic machinarentur,
ex solita Stureorum consuetudine, exitium, ut ipsimet regni obtinerent
dominium; Ideoque & nuper regis Sigismundi obstetisse reductioni, graviter
accusavit, ac Carolum gratiæ restitutum, regiminis consortem delegit. Qui
omnem affectandi sceptri à se removet suspicionem, quod liberos non ha-
beret masculos, quibus illud relinqueret, & secundas nollet adire nuptias,
ast regi Johanni vellet sobolique deservire.

Hanc igitur ob suspicionem de Consiliariis, & cum Moscho trans-
actionem, comitia publicantur Stocholmiæ habenda.

Olaus, VI. Præful Arosiensis.

Otto, IV. Scalholtensis.

1590.

MDXC. Colloquium de pace inter Suecos & Ruthenos, VI Janu-
arii inchoatum, non processit, quod ab utrisque violatæ forent induciæ,
ac illi pro argento, nollet his resignare provincias cum arcibus.

Theodorus igitur, cum immenso advolans exercitu, deditum eripit
Suecis Jamagrodium, & mox cum una copiarum parte infestat Livoniam,
cum altera miserabilius Finlandiam; ast cum tertia impugnat Narviam.

Quam

Quam Carolus Henricus imprimis defendit; Sed cum à Gustavo Baner, Vesenbergæ cum exercitu Sueonum delitescente, & nec Livones, nec Finnonos protegente, promissum non acciperet subsidium, XXVI. Februarii, Moscho, annuis induciis subscribenti, Narvensi solventi obsidionem, & Sueticas restituenti machinas, dedit Coporiam & Jvanogrodium.

Interea Stocholmiæ in conventu Ordinum, Consilarii dictas propter suspiciones; Hogenschildus, Comes Axelius, Gustavus Baner, Ericus Sparre, Steno Baner, & Thuro Bielche, spoliati functione, publicato impressoque Regis edicto infamantur, liberæque mandantur per triennium custodiæ, ac novus his subrogatur Senatus.

Deinde Rex magnopere filium excusans, ob susceptum alibi regnum, demonstrat in patriæ magis, quam proprium, id ab illo factum esse commodum.

Tamen veritus nè Sueones eum, hæc aliisque de causis postea repudiarent; Immo nè seducti à suspectis forsitan Consiliariis, & horum in regno complicibus, omnem Gustavi familiam throno prorsus excluderent, unionem successionis hæreditariæ, VII Martii, curat nonnihil auctam, ab Ordinibus denuò approbari.

Dux Carolus magis fratri reconciliatus, à Vastnenfi liberatur obligatione, & filiæ insignem impetrat prærogativam, Regique nervum belli, in Moschum continuandi, non modicum suppeditat.

Professores & Sacellani Stocholmenses, quod obligationis immemores, se opponerent Liturgiæ, in vincula hoc tempore, ut reor, conjiciuntur, Reginâ nequicquam pro iis deprecante, ut etiam rege Sigismundo pro Consiliariis. Unde liquet, quàm suspiciosus & tumultuosus fuerit hic annus, ac residui vitæ Regis, per quos ille propterea Eucharistiæ abstinuit sumtione.

Maxima similiter annis non paucis viguit in scholis Sueciæ perturbatio, quod P. Ramus juventuti obruderetur.

Quidam Arosiæ civis, lectione veteris Testamenti perperam intellectâ seductus, Judaizat hoc tempore.

Sueci frustra impugnant Ivanogrodium, & Rutheni vicissim incurfant Estoniam.

Petrus, IV. Antistes Roschildensis.

Albertus, IV Arhusiensis.

MDXCI. ineunte, M. Andreas Sueciæ Archipræsul oblit, & triennio deinceps Cathedra vacavit. 1591.

Senatores factionis suspecti, Socholmiæ, XVI Junii, vehementer propterea exagitantur.

Controversia Trium Coronarum inter Suecos & Danos, ad annum MDXCVII proroganda judicatur.

Christianus IV. Daniæ Rex, VIII Julii, à Norvegis solenniter quoque fuit designatus.

MDXCII. Sigismundus, Poloniæ Rex, cum Anna Caroli filia Archiducis in Austria, XXI Maij, nuptias Cracoviæ peragit. 1592.

Carolus, Sudermanniæ Dux, Christinam Adolphi in Holsatia principis natam, Nycopiæ, XXII Augusti, connubio etiam sibi junxerat.

Johannes III. Sueciæ Rex, anno ætatis suæ LV. vitam Stocholmiæ, XVII. Novembris, piè finiverat.

Dux Carolus, proregem Sueciæ agit, ad regis Sigismundi usque adventum, hujusque protinus & simul de obitu parentis à patruo admonetur. MDXCIII.

1593.

MDXCIII. In Februario, Sueci cum Ruthenis biennes faciunt inducias. Demetrius princeps Ruffiæ, infidiis hoc tempore, ut reor, occubuit Boritii; vel iis ereptus, ut alii sentiunt, clàm alibi educatur.

Ordines Sueciæ, in Martio congregati Upsaliæ, dogma proscribunt ex regno Liturgicum, Catholicumque; Sed Evangelicum postliminio restitunt.

Sigismundus rex, suscepturus regni sceptrum hæreditarii, navigat in Sueciam, & XXX Septembris, appellit Stocholmiam.

Franciscus Malaspina, Papæ legatus, huc unà advenerat.

1594.

MDXCIV. Regi Johanni, Calendis Februariis, Upsaliæ justa persolvuntur.

Ordines Sueciæ, XI. Februarii, cum principe Carolo sacrum pangunt fœdus, in religionis vergens Evangelicæ propugnationem, quod Rex Candidatus, Concilii Upsalensis nollet subscribere decreto.

Dux ideò suum lustrat exercitum, XIV Februarii, non procul ab Upsalia.

Indè aliundeque, Candidatus metu perculsus, tandem postulatis consentit Sueonum.

Sigismundus Rex, XIX. Februarii die, cum Anna conjuge fuit Upsaliæ inauguratus; Quando in Decretum juravit Concilii Upsalensis.

Nihilominus tamen, Catholicum in Suecia dogma non exstirpare, sed propagare nititur postea. Hinc belli sequens incendium præcipue fuit exortum.

Catharina nascitur filia Regi Stocholmiæ Junio mense, & mox ibidem demoritur.

Sigismundus Rex, matris atque filiæ, clàm ex Suecia in Poloniam, funera procurat transferenda.

Quò & ipsemet unà navigat XIV. Julii; Sed prius regni clavum Patruo committit, quem non sub præscripta à Rege forma gubernationis; sed ab Ordinibus alia, gubernandum acceptat.

Christina Ducis consors, Stocholmiæ, IX. Decembris, filium genuit marito magnoperè gratum.

M. Abrahamus, IV. Sueciæ Archipræsul Evangelicus.

1595.

MDXCV oriente, filius Caroli principis de sacro susceptus lavacro, Gustavus Adolphus nuncupatur.

Pax inter Suecos & Moschos, Narviæ, XVIII Maij, stabilis concluditur.

Filius Regi Sigismundo nascitur Uladislaus, V. Junii, Cracoviæ.

Magnus Ostrogothiæ Dux, XX Junii, claudit vitæ periodum.

Status Sueciæ regium executuri jusjurandum, habito Sudercopiæ conventu, Ducem Carolum, alia sub regiminis forma, quam Rex præscripsisset, sibi XXII Octobris, denuò eligunt Governatorem.

Item Suecos hætenus Catholicos factos, sacris, officio & beneficio in Republica destituunt; novos fieri vetant, multaque concludunt ibi alia, subque gravibus omnia pœnis statuunt servanda.

Exequiæ Ducis Magni, XXII. Novembris, celebrantur Vasteni.

Cænobium Vastenense, juxta statutum Sudercopense, XIII. Decembris, fuit desolatum.

Novus Archipræsul, porrò idem executurus decretum, in Suecia rigidè visitat, cum reliquiis Divorum; Cæremoniis Liturgicis; adulteris & veneficis acriter belligerat.

Petrus Kenicius, VII. Scaræ Antistes Evangelicus.

M. Laurentius Paulinus, V. Stregnesiæ.

1596.

MDXCVI. Christianus IV, Daniæ & Norvegiæ diademate, Hafniæ, XXIX. Augusti, fuit redimitus.

Sigismundus, Rex Sueciæ & Poloniæ, per Legatos, XXVI Septembris, cum

cum Principe Carolo, & Sueonum reliquis, de Sudercopenfi decreto vehementer expostulat.

Dux & Ordines, à culpa se alienos demonstrant, regium allegando juramentum & obligationem.

Atque tali Princeps laboris mercede offensus, Stocholmiæ, II. Novembris, se regiminis onere abdicat, & Status ad nova citat comitia, proregem sibi electuros.

Plebecula Ostrobothniæ, contra regium insurgit militem, quod stativis se nimium premeret, & ideo grandem illius cladem edit.

MDXCVII. Inaudiens Rex, gubernaculum Sueciæ à patruo esse repudiatum, assignavit illud regni Consiliariis. 1597.

Contra, Ordines Sueciæ confluentes mense Martio Arbogiæ, ipsum Carolo principi restituunt, & Sudercopenfia approbant statuta, horumque iterum se alligant propugnationi.

Interea Claudius Flemingius, Regis in Finlandia vicarius, rebellibus ibi congressus, XI millia illorum in Ostrobothnia & Tavastia cecidit.

Qui propterea jaculo, ut fertur, petitus magico, XIII Maij animam exhalavit.

Dux, vigore decreti Arbogensis, hujus infestat adversarios, & arces Gothiæ occupat, Castellanis, simulque Senatoribus, ad Regem profugientibus.

Ita Suecos & Gothos sibi Princeps nactus morigeros, armatus quoque Finlandos aggreditur, atque boreales, non australes, nanciscitur obedientes.

Gunila Sueciæ Regina, tempore autumnii, violentiâ fatorum abripitur.

Item Gustavus, Saxoniam principis inferioris. XI. Novembris.

Sicut etiam illius matertera Elizabetha, Princeps Megapolensis, XIX. Novembris.

MDXCVIII. Regis Legatus Suecos, & horum Gubernatorem, Upsaliæ, X. Februarii, vehementer accusat & præcipue ob Finnos nuper impugnatos, illosque acta coronationis excusarunt. 1598.

Quando Regina Gunilæ, Gustavo ac Elizabethæ, principibus, ibidem justa persolvuntur.

Anna, Sueciæ & Polonia Regina, Cracoviæ vitam eodem finiit tempore.

Rex in Sueciam cum exercitu delatus, à principe Carolo, Ordinibus armato, victoriam Stegeburgi reportavit.

Cæterum deinceps sub Lincopia, XXV. Septembris, ab eodem superatus, illi mox, sub multa conditione, & Suecicorum Senatorum deditione, fuit reconciliatus.

Qui nec his se pactis, neque Upsalensibus, velut per subditos sibi extortis rebelles, obligatum se stare deinceps existimans, utrisque contemtis, in Poloniam hinc remeat, ac per sequentes XXXV annos, armis Sueones tentat domare.

Porrò Dux & Ordines, regio freti juramento, & quod Rex sibi potestatem rebellandi fecisset, si pactum transgrederetur Lincopense, cum eo interea sine animi scrupulis belligerarunt.

Theodorus Ruffiæ dominus, morte abripitur, veneno procuratâ, & quidam procerum, Boritius Godenovius, per vim arripit gubernaculum, quo cum Dux Carolus contraxit amicitiam.

MDXCIX. Sueci per brumam, habitis Jenecopiæ Comitibus, admovent inde Regem mutandæ religionis; Servandæ utriusque transactionis, & reditus in Sueciam; Vel ut filium huc mitteret, in dogmate educandum Evangelicorum, & postea coronandum. 1599.

Arx Calmarnensis, tempore veris, Duci Carolo assignatur, qui in antesignanos regii præsidii, quod Ordinum decretis reluctarentur, gladio & laqueo ibi mox animadvertit.

Rex non dignans Suecos responso, ab iis, XXIV Julii, in conventu Stocholmensi, exauguratur, & filius, princeps Uladislaus, huc citatur, Rex futurus, si intra semestre temporis spacium, hic compareret.

Dux Finnos Regi adhærentes, armis sibi reddit morigeros, primarios illorum, captâ Abogiâ & Wiburgo, afficiens supplicio.

Rex interim, emissâ VII classe navium, tentat nequicquam Duci absenti Elsburgum eripere.

M. Nicolaus Bothniensis, V. Sueciæ Archipræsul Evangelicus.

1600.

MDC. Comititia celebrantur Lincopiæ, in quibus captivi Senatores IV, quod pacta publica non servasse; Ducem libris & literis infamasse; Atque Regem contra patriam adduxisse, incusarentur, Lincopiæ XVII. Martii, morti adjudicantur.

Ibidem, XIX Martii, princeps Uladislaus, & omnis ipsius, aliaque quævis Sigismundi Regis progenies, jure suo in Sueciæ thronum hæreditario privantur.

Dux verò Carolus, ad eundem, cum sua progenie universa, mox sublimatur.

Princeps Johannes, Regis frater Sigismundi, illa deficiente, si tum superviveret, sceptro Sueciæ cum sua progenie potiretur, & interim Ducatu Ostrogothiæ.

Damnati Senatores IV, Gustavus & Steno Baner; Ericus Sparre, ac Thuro Bielche, Lincopiæ XX Martii, capitibus plectebantur.

Moschus cum novo Sueciæ Rege, fœdus in Polonum percussit.

Carolus Rex, Estoniam hætenus sibi rebellem, in autumnno subjugat, & quod Poloni nuper Sueciam impugnassent, sibi que nolent reconciliari, Livoniam illorum mox infestat, & omnem fermè expugnat.

1601.

MDCI. Lis Trium Coronarum, consensu partium, biennio prorogatur.

Carolus Sudermanniæ Dux, Revaliæ, XXII. Aprilis, in hanc fuit editus lucem.

Sigismundus Rex, veris quoque tempore, Varfaviæ ordini Velleris aurei, non modica cum pompa inscribitur.

Sueci & Poloni ferventer in Livonia decertant, illis parta tuentibus, at his amissa recuperare conantibus.

Carolus Rex, anno exeunte, indè per Norrebothniam, inusitato hætenus Principibus itinere, in Sueciam remeavit.

1602.

MDCII. Certamen de Livonia inter Suecos & Polonos continuatur, perque sequentes annos.

Princeps Uladislaus ex comitiis citatur Stocholmensibus denuò in Sueciam, cui thronum adhuc cedere alter candidatus esset paratus.

In iisdem novi Regis & regni consultores nominantur.

M. Olaus Martinius, VI. Upsaliæ Archipræsul.

1603.

MDCIII. Sueci & Dani de tribus disputant Coronis, nec de iis concordant; Proinde litem externis submitunt arbitris decidendam.

Georgius Possius, veterum unus Senatorum, hinc in Poloniam profugit.

1604.

MDCIV. Demetrius, Johannis Basilii filius, ut quidam volunt, contra Bortium, à Polonis promovetur, ut potius Russiâ, illis ferret opem in Sueones.

Nova successio ad thronum Sueciæ hæreditaria, XXII. Martii, in conventu Norcopeni, renovatur, augetur, & denuò approbatur.

1605.

Sueci Huitenstenium Estoniæ, Polonis eripere frustra conantur.

MDCV. Comititia habentur Stocholmiæ vernalia, multis luctuosa.

Hogenschildus, in iisdem quorundam convictus criminum, III. Junii decollatur.

Demetrius, ope Polonicâ hætenus prævalens Ruthenis, ab iisdem XXI. Julii Mosquæ inauguratur.

Carolus Rex in autumnno, cum grandi Sueonum clade sub Kercholmia Livoniæ, Polonos impugnat.

Sigismundus Rex, Constantiam, prioris sororem conjugis, Cracoviæ sibi junxit connubio.

MDCVI. Idem has propter nuptias, aliisque de causis, per hunc & sequentem annum, periculoso à Polonis distinctur bello, Carolo Rege non compatiente, nec occasionem interea Livoniæ recuperandæ negligente, Ordinesque Sueciæ, in Martio, Orebrogiæ hac super re consulente. 1606.

Proceres Russiæ non ignari, quod Demetrius Catholicum sibi dogma obtrudere, & bellum pro Polonis contra Suecos gerere meditaretur, illi trucidato, Michaëlem Sufchium concordēs subrogarunt.

Qui renovato mox fœdere, quod Boritius cum Rege Sueonum nuper fanciverat, ab eo impetrat lubens copias auxiliares in Polonos, ductore Jacobo Pontifonio, hoc propè tempus. 1607.

MDCVII. Gustavus, Erici regis filius, à Ruthenis veneno potionatus, moritur XXII Februarii, & sepelitur Cassini.

Carolus Rex non parum animatus, quod Sigismundus Rex tot esset domi forisque oppressus bellis, Upsaliæ, XV. Martii, Sueticum capeffit diadema.

Deindè Livonicum restaurat bellum, & Huitenstenio capto, Derpatum obsidet. Nec minus feliciter Sueones interea quoque in Russia contra Polonos belligerant. Goteburgum in Vestrogothia, & Cajaneburgum in Ostrobothnia, fundantur. 1608.

